 includantur et ^{Bonati} ~~Beano~~, de qua sunt duae bulle ejusdem tenoris. Item quod
 nullus de Ordine nro se transferat ad alium Ordinem sine bulla plumbea papali.
 Quae omnia constituerunt ducentis Lxx viij ducatis sive ^{scutis} ~~denariis~~ boni ponderis
 pro quibus Domus Cartusie est obligata in Italia ubi recepit mutuo dictam
 Annuatam. Praeterea omnia praedicta privilegia remanebant in Domo Cartusie
 ubi ea recipient qui indigebunt ad faciendum transcriptum in Gratiopolis
 expensis ipsorum: exceptis tribus executoriis praedictis quarum unam servabit d^o Bononiae,
 aliam d^o Colonie, aliam d^o Cartusie quae domus sunt propinquiores executoribus per eas
 bullas deputatis.

Nicolaus Albergatus
 creatus S. R. E.
 Cardinalis

Martini vix Calendas Junias Nicolaum Episcopum ^{ad urbem} Nononensem
 Ordinis nri Cardinalem renunciavit, atque ei jam adventante
 obviam ipsa dignitatis insignia misit. Sed ille, miratus,
 eadem, quae antea Episcopatum, animi magnitudine respuit.
 Verum paullo post Pontificis in conspectum progressus, cum
 adhuc ejusmodi abs se honorem averteret, sacri tamen
 anathematis intentione commotus assensit. Atque ita idibus
 Junii Presbyter tituli S. Crucis in Hierusalem et vocatus.
 Quem titulum adeo gratum habuit, ut postea pro insigni
 gentilitis ipsam solam crucis effigiem tulerit. Cujus rei
 cum plurima adhuc in Episcopis apparet vestigia, tum
 Franciscus Philippus et auctor in epistolis inquirens:
 imitatus es enim corpus crucem pro signo geris, Christum
 opt. Max. Quem deinde Thomas ipsius discipulus imitatus,
 ubi ad Pontificatum pervenit claves ipsas pro familiaris signis
 accepit. Ceterum Nicolaus sic honorem hunc gessit,
 ut S. Antonino teste, quemadmodum Episcoporum uni insigne
 exemplar extiterat, sic clarissimum, speculum Cardinalium
 fuerit, nec majorem dignitatis splendorem ab ^{sacra} ~~sancta~~
 nitore purpureae cepit, quam ipse claritate veritatis sue
 ei tradiderit. Haec ex Sigonio in vita ipsius.
 In sequentibus Ordinis nri Capitulis, missa de Spiritu Sancto
 injuncta est pro R^{mo} in Christo Patre vno Cardinale S. Crucis
 ut in gradu ad quem assumptus est, Spiritus Sanctum
 eum dirigere dignetur.
 Anno 1427 quinto decimo Calendas Maias P^{re}cell^o m^ortuar

1427

1428

Joanne IV mortuo Philippus Brabantia Dux
 Joannes Brabantia Dux nulla prole relicta anno aetatis 24. Cessit tunc Brabantia Philippo eius patri Lignivensi & fratri Pauli Comiti. Funerum eius funus debatum est ad Antonii Patris tumulum. Fortur cum morte instanti Psalmum miserere mei Deus devotissime pronuntiasse. Jacaba Bavara eius vidua praeter dignitatem Francisci Borsole nobili quidem familia apud Batos nato, ac clienti suo beneficiario postmodum nupsit. (qui fundavit Cartusiam nostram Delphensem.) Contra illam Philippus Dux bellum gessit hoc et sequenti anno.

Scriptor Italus Guido de Pisis professor C^o Bononiensis scripsit tractatum patris prolixum de electione Prioris, aliaque nonnulla floruit circa hunc annum 1427.

Diffinitores Capit generalis anno 1428 celebrati monent omnes Priores, nec non Domorum Rectores, Vicarios Monialium et Breveatores domorum, ut domum Bourbonis casualiter combusta faciant ex charitate elemosynam.

duo Scriptores celebres in hac Provincia vita se Hermanus de
 Hoc anno 1428 nono calendis Maii obiit & Hermanus Studorpensis, vir in divinis scripturis probe admodum versatus, ac vita integritate celebris, qui Brungenis C^o monialibus per annos triginta circiter magna cum laude profuit; quarum spirituali profectui, ut plus adjuvanti adferret, scripsit de regimine monialium librum unum super oratione

Petra a Henricus de Hassia
 Dominicae sermones quinquaginta. Huius viri meminerit Hostius, Brithemius Ponerinus, Tutorius, Sixtus Lencensis. Vide Biblioth. Carl. Puto fuisse profectum Carthustensis. De ipso plura alibi scripsi notatu digna. †

Noviticia liberatur a gravi tentatione
 Hoc anno 1428, quidam Novitius apud Carthusienses Coloniae importunitate tentationum, nec dubium quis inimici devictus saepe quaesivit opportunitatem dimittendi habitum Ordinis assumptum, aliquoties voluit eundem deponere ad pedes Prioris, aliquando publice in choro, aliquando in conventu, et consimiles modos plurimos excogitavit fortitudine suggestionum expugnatu: postremo tandem voluit omnino habitum deponere. Invenit Magistram suam qui solent dari Novitiis et seo disponente non invenit eum in cella sua, licet iteratis vicibus eum quaesivisset.

†

14 Augusti, viam praeter universa carnis ingresses est & Henricus de Hassia junior, S. Theologiae licentiatu et Prior S. Monachorum B. Mariae in Geldria. Vir fuit in divinis interpretandis scripturis ad modum eruditus et secularis philosophiae non ignarus et antequam religioni se dedere publicis diversarum Academiae Professoribus. Vide Biblioth. Carl.

Seipsum Jesus volens salvare famulum suum de manu circumcisorum reduxit eum sic discurrentem ad ostium propuscul cellae. Cui stans in ostio cellae vidit et sensit omnem perversum passionum motum in se mirabiliter extingui et cor suum igne divini dilectionis accenso, et ad cor reversus, et poenitentia ductus, cepit egulare et gemere prosumptis in lacrymas et verba lamentabilia dicens: O bone Jesu quid facere proposui, quid cogitari te fontem aquae divini reliquere? Ignosce quae ro mibi, Jesus, parce iniquitati et insipientiae meae. Et sic per gratiam Dei a tali tentatione liberatus nullo modo voluit recedere, sed usque in finem vitae in Ordine perseveravit.

Domus Carbonis
in Provincia combusta
Hamurcum
Brugundia accedit

Circa hunc annum combusta fuit Domus Carbonis (quae fuit monachalis, Ordinis nostri) sed elemosinis Priorum nostrorum restaurata. Eodem anno 1428 Philippus Princeps, Joanne Hamurcentium Comite per mortem de facto, ejusdem Comitatum nemine repugnavit adispiratur.illum quippe Joannes, quem nec liberos, nec uxorem habebat, proles ante Philippo 13200 aureis coronatis vendiderat, statim ab ejus obitu nec prius providendum. Itidem et Brabantibus advocatia quam, idem Joannes occupabat, Jo. Octavio SS Innocentium anno 1438 obtulit & Evassartus Henricus Everardi Vander Luen de Yperhove in loco vicarius beneficiatus Ecclesiae Schartani Ultrapreti, qui relicto beneficio Ordinem nostrum ibidem suscepit in exemplum plurimorum. Et postea a fratribus electus fuit in Praesensuram dⁿⁱ. Fuit etiam Prior dⁿⁱ Brugundis, in Capitulo generali Diffinita.

Joanna Virgo
Obsidionem Aurdie
Solvit et Carolum
Dedecit Remos
Consecrandum

Anno 1429 peritus se in Galliam agentibus Anglis, Carolus qui jam patre mortuo, septimus erat, obsessa Aurdie dardibus suis undique diffidere, nisi Dominus illi Joannam puellam submisisset. De qua Historici.

Circa hunc annum obiit nobilis miles ^(S. Laurentius) de ~~Abbrano~~ filius fundatoris domus S. Laurentii prope Florentiam.

In octava Apostolorum obiit S. Albertus Kreuz, Prior S. Basilicæ ^{circa annum 1426} profusus S. Marci- chusen, et ~~ab~~ Prior S. Ultrapodine sed anno 1439, creatum est apud pres in adventum legendum 1429 pro 1439 sicut et in precedenti Priore S. Ultrapodine Joannes Gerson sic

dictus a loco natali qui est in Diocesi Remensi. Doctor theologus et Cancellarius Parisiensis hoc anno moritur 12 Julii iuxta Brithemium, quod etiam probatur ex charta Capitali Generalis. Eo autem insignior theologus quod in plurimis Difficile possit agnosce- ^{in eo} ultra fuerit. Major pietas ne an eruditio, an operibus una lectio de non esu carniuum quam Carthusianis scripsit et incipit: Egregio Viri, opusculum de perfectione et moderamine Religionis, ad Cartusienos gratia vobis et pax. Opusculum ad fratres Celestinos et Cartusienos de laude Scripturæ sanctæ scrutaminis. Scripturas Epistola ad Petrum ^{Abaldum} ~~Abaldum~~ Cartusienum de statuto Cartusie, de absolutione defuncti Cartusien. Vide Possinimum.

Anno 1430 Philippus bonus Burgundie, Brabantie que Dux et Flandriæ Comes ^{Impere} tuenda majorem religioni, et augendo stabilendoque Equitibus velleris aurei, collegium longe augustissimum instituit; ducta nimirum origine et appellatione sine a Jasone qui in Colchida cum Argonautis ea profectus ad navi qua maria primam sulcasse dicitur et nuncupata est Argo, quod Argini in lecta eo vini recti, putabant felleum in auram arietis. Sed protius a Gedeone magno illo, ^{rorulentum} Doracitarum Duce qui vellus siccum ~~vidit~~ ^{vidit} intacta scilicet Virgini in Matris symbolum: eoque signo confirmatus trecentos Juste Dei viros elegit, quibus numerosas Madianitarum copias profligavit Ipso itaque nuptiarum die, quas Burgis Flandrorum 9 idus Januarii. hoc anno cum Elisabetha Joannis Lusitaniæ Regis filia regio pelone luxu celebravit. Ipso itaque nuptiarum die Equites 24 eligit, et singulis torquem aureum

12^{us} Junius
Magister Gerson
istius ordinis
moritur Lugduni
12 Julii
etatis 66
Sepultus in eccle
S. Laurentii
Monsens

Philippus
Princeps tertio
Balamum instaura
Cum Isabella
Lusitania, quod
felix faustumque
fuit patriæ et
Ordini nostro

Ordin velleris
aurei instituit
torquem aureum
velleris quidam
sic interpretatur
est, ut silicibus
ferro adscribere

Orate ferit quam
flamma nitet
flammescit ubique

insertis ignitabilis sciutillas ex silice excutientes (quod quidam symbolum
fuit Joannis Intrepidi Burgundiae Ducis) aureo que vellere appressa
donavit, et haec colligra aurea post mortem eiusque ad ordinem
redant alius Distribucenda.

Andiamus Patres Diffinitores Capituli generalis quia hoc anno plurima
ordinarunt quae ad rem faciunt et ad cognitionem Historiae huius temporis.

Comus Vallis Virtutis
in Scotia
Ordini nro in corporatur

Comum noviter fundatum ab in clyto Dno Rege Sctorum (Jacobo I)
Ordini nro in corporatur et ^{unimus} unimus in nomine Patris et Filii et Spiritus
Sancti Amen, et eam Vallem Virtutis secundum voluntatem regiam
volumus nuncupari, et sub Provincia Picardiae remota sit (quae nunc
beathonia ^{dicta} d=) inscribi q proficentes ibidem B Oswaldum Cordis

Porte addendi Dicendum
de Cordis

Monachorum professorum d= Cartusid (et olim Vicarium) in Priorem
primum dictae d=. Regimen spirituale et temporale eidem gene
raliter ^{et specialiter} committentes. Quod Cartusiani Scoti petierunt inscribi sub
hae Provincia, in causa est quia non volebant subesse Visitatoribus
Anglis, sicut et Patrum memoria Lusitani maluerunt habere
Priores Francos quam Castellanos aut Hispanos.

Jacobus I Rex Scotid cupiens pietatis suae extare monumentum, canonicum
extruere in animo habuit. Erant tum Cartusiani instituti sinceris veri
moribus, ac inter eos Oswaldus Anglies genere, vir multam prope
sanctitatem ferens. Horum itaque religio ~~suam~~ religionem pro aliis
eligens in suburbio Perthano monasterii fecit fundamenta ac
Oswaldum convocatis monachis quo exemplo suo reliquos in eadem
ducat pietatem profecit

Ordinamus quos Donati vicarias sine propriis annuo habeant
Beneficium Brevis sicut conversi, apparet quos antea non ^{habeant} habuerunt.
Cura Priorem et ceteri ad Capitulum veniendo et redeundo propter

Donati gaudent beneficio
Brevis 1 post stat Cap 36 n. 3

Oratio Adesto
pro Prioribus ad
Capitulum proficiendum
ordinatur

Diversa viarum discrimina exponuntur multis periculis; Ordinem autem ut a feria
secunda ^{feria} post diem Paschae usque ad diem primam post octavas Pentecostes
singulae personae litteratae Ordinis in orationibus quae dicuntur post Deum venerunt
gentes, singulis diebus adfungantur orationes adesto quae est pro itinerantibus.
Et quia Ordo multiplicatus est, et ex hoc multiplicentur negotia quae non possunt
tribus diebus Capituli expediri sicut praetendebant antiqua Statuta, ideo ordina-
mus ut oratio deus qui corda, vel praeterea de quibus loquuntur Statuta dicenda
in missis pro Prioribus praesentibus Capitulo continerentur ad Sabbatum inclusive
in omnibus domibus Ordinis et a singulis personis ejusdem, et fratres laici: Pater et
ave.

Basatur quolibet Provincia seu Ducatus pro expensis Procuratoris et famuli in
Romana Curia, qui se opponeret petitionibus et detractionibus fugitivorum et Apostatarum
quod officium, nescio quare Prior C^a Romanae non obibat aut forte non sufficiebat. Vide
folium 27 in fine.

Pro Prioribus
Antwerpiae tota
Provincia contributio

Prioris Dⁿⁱ Antwerpiae non fit misericordia, et quia persecutio quam habet contra Johannitas
pro eo quod Clericum redditum domus suae receperunt de facto ad professionem in Ordine
respicit bonum commune Ordinis nostri et ejusdem privilegiorum conservacionem
volumus ut in expensis tam factis quam faciendis Provincia Picardiae remotior contribuat.
Priori Dⁿⁱ prope braytem qui interdictum Apostolicum in dicto loco positum postquam rescivit
voluntatem Ordinis per Priorem Antwerpiae benivole litteratorie intimatam non servavit,
filii Dⁿⁱ vero Gerardum Japel et Thomam de Nyuen Monachos ac f. Joannem
Clericum redditum dicte domus causa qua supra et praecipue qui litteras Visitatoris profane
suppressisse ad tempus non modicum estimatur subficiamus disciplinae generali ad Ordinis
voluntatem. Et in casu ^{quo} adhuc interdictum violando a divinis celebrandis publice cessare
voluerit omni privilegio Ordinis ac societate ejusdem, alienos ac precisos timore presentium
horum volumus. Ad regendam autem temporalia dicte domus Procuratorem domus
Antwerpiae deputamus qui ad minus semel in anno et quoties requisitus fuerit Visitatoribus

Provisio computationem legale facere non omittat ad usum profane domus.
 Hunc temporis priorat Prior D. Otto Amylii de Houtfordia qui fuerat
 Canonicus Ecclesie S. Martini Brapetauris ac socius Archidiaconi longo tempore
 post duos annos interdicto necdum tollato electus fuit Prior D^s Burgundis
 ut infra dicitur. D. Myner primam professionem fecerat in domo
 Hollandie, secundam in domo Ultrajectensi anno 1428 in qua fuit Prior
 et in domo Burgundis.

Idibus Junii obiit D. Joannes Clutinal Professor D^s Capelle antea monachus
 in Affligem. Penultima Julii obiit V^{us} Pater n^r Joannes de Athesato
 Prior D^s Capelle qui prioratum istius domus tenuit XIX annis. Vir valde
 idoneus et religiosus pro observantia Ordinis, cui professus D^s Luviniaci in
 Burgundia et fuerat de ordine Carmelitarum. Domum Capelle fore
 totam a fundamētis restauravit, ut supra expressum est. Insuper
 domus multum fructibus inclinata in redditibus sub epus regimini;
 unde a vulgo hujus terrae solebat vocari bonus Prior.

D. Petrus Petronius Lencensis, Pater sanctitate venerabilis ac miraculis clarus
 floruit circa hunc annum 1430. (Vide Borland lib 5. Cap. 1) Coeserum Augustinum
 Datus in oratione de laudibus Sⁱ Bernardini Lencensis, vocat ipsum
 virum florem Spiritu Sancto.

Anno 1430 obiit Otto de Legenhan Archiepiscopus Breverensis in
 confluentia ex veteri morbo calculi. Breverimque relictus ante altare
 S. Virginis in Ecclesia majori sepultus est. Homo certe magnificus
 et ut Deum singulari devotione traditus qui ecclesiam suam
^{optime} optime regit et multa bona fecit. Ipse primus Ordinis S. Benedicti
 monasteria circa Breverim cum multis laboribus et impensis
 reformavit. In quod sanctum opus Joannem Rode de Curtusia
 antea abbatem S. Mathie constituit. Vide ^{Primum} in notis Borland lib 7
 cap. 2. Item 15 Anal. secl. anno 1430

Reformatio Curas-
 sedensis Ordinis S.
 Benedicti incepta
 anno 1429 vel circiter
 a Jo. Rode qui
 fuerat Cartusianus

Post obitum Joannis de Abbatate Prioris Dⁱ Castellae in eus locum elegerunt conventuales
 & Joannem de Monteguis, Vicarium Dⁱ in Relem qui fuit nobilis miles in Harmonia antequam
 intraret ordinem. Et ecce litterae confirmationis quas in antiquis monumentis inveni.
 P^{re}sentibus Thomae & V^{ic} Patris S. Joanni de Monteguis Vicario Dⁱ in Relem, salutem et pacem,
 et per obedientiam meritum praemia aeterna feliciter adipisci. Pater in Christo venerande
 noveritis per presentes quod Vicarius et Conventus M. Mariae in Capella prope Augiam,
 orbati Priore per mortem V^{ic} P. S. Joannis de Abbatate (cujus anima requiescat in pace)
 in unum pariter congregati triduo jejunio servato, etiam missa de Spiritu Sancto
 in conventu celebrata aliisque rite peractis que canonicam electionem de jure
 et Ordinis observantia procedere consueverunt nobis specialiter pro confirmatione
 novi Prioris requisitis et presentibus in loco ad hoc apto veram personam unani-
 miter in Priorem summum et Pastorem per viam legitime elegerunt, dictam electionem
 per nos confirmari humiliter postulantes. Nos vos de vobis confidentes, ac suffi-
 cienter informati de vestrorum morum probitate, litterarum scientia competente,
 nec non aetatis maturitate decente et sanctae religionis favore, ac discretionis mode-
 ramine temperato, quae sunt in Ordine nostro praecipue requirenda, dictam electionem
 rite sic factam ac canonicam celebratam facto prius intervallo competente ad obsequendum
 seu probandum contra formam electionis vel ipsam electam, nemine in contrarium
 quicquam obstantem seu rationabile opponente ad praefati conventus instantiam
 ratificamus auctoritate Capituli nostri generalis nobis in hac parte vigore Statutorum
 seu alias concessa et approbamus, ut postquam dictae electioni consentieritis.
 Prioratus officium suscipiatis et ad dictam domum per vos spiritualiter et temporaliter
 gubernandam per presentes vobis praecipiendo mandamus quatenus dictae electioni consentiendo
 Prioratus officium suscipiatis, et ad dictam domum per vos spiritualiter et
 temporaliter gubernandam. Visi presentibus sine mora dispendio personaliter
 accedatis. Insuper ^{sum} Patrem Priorem ^{vestrum} moneo in Domino quatenus ad consen-
 diendum dictae electioni vos inducat, et si necesse fuerit sua auctoritate vos compellat.
 Datum anno MCCCCXXX die 5 mensis Augusti ^{indignis} ~~indignis~~ ^{nostris} ~~nostris~~ sigillis in testimonium veritatis.

Littera confirm
 ationis de hoc de
 Monteguis in
 Priorem Capelle
 electi

De Rosario

Dominicus Rosarium beatissima Virgine revelante assidue precoravit, et
 universalis esse orandum plebibus Dei in ambone publice predicavit, et
 iste modo orandi multos ad amicitiam charitatis pervenisse legitur, lib. 2 apud
 cap. 28 - Plurimi etiam devoti Cartusienenses hoc roboraverunt prout refert
 Discipulus in promptuario suo quod scilicet Anno Domini MCCCCXXX
 in monasterio Cartusensi juxta Breveriam quidam Pater Devotus se in
 Rosario exercere consuevit et quem putato fuisse Dominicum secundum
 relationem P. Lanspergii quod confirmatur.

Quandem hoc tempore
 Honoris Cartusiae
 Breverensis

Supra dictus Joannes de Attrebatu fuit 15 annis Convisitator hujus
 Provinciae, et hoc anno (in Charta nisi fuerit error) scribatur primus
 Visitator) In sequenti anno dum denunciatur obitus ipsius Dⁱ
 simpliciter Prior Capelle, fuerat etiam Prior Dⁱ Mortui Maris.
 Locum Domus hae sibi sibi, incompartum adhuc est. Sita erat
 in Aquitania, desinit nunc.

Philippus Brabantiae
 Dux moritur

Lodovici Philippus Burgundus Brabantiae Dux atque Jani Pauli Comes
 per mortem de medio tollitur Maximam nullas leges capientes, adeoque
 nec ejusdem fructurum. Dixi matrimonii: nam solutus ex Concubina
 Nothos suos habuit: Antonium et Philippum qui Brabantiam
 sunt cognominati et haerediti incapaces. Itaque in Brabantia
 Ducatum in successoribus Philippus Bonus.

Basilienae Concilium
 inchoatur

Etodem anno mense Decembri inchoatum fuit generale Concilium
 in civitate Basilienae et duravit plusquam 13 annis. Initium
 habuit pulchrum et gloriosum sed finire debile et confusum.

Sic Brithemius sed alii scribunt anno sequenti prius fuisse inchoatum.

Cartusia Passionis
 Christi juxta Legnitz
 extruitur

Domus Passionis Christi apud Legnitz in Silesia Ducatu fundata est
 per illustrissimum Principem Ludovicum Duce[m] Legnitensem et Brigensem
 circa annum Christi MCCCCXXX deducta nimirum recenti Colonia

ex Cartusia Episcopi diana sic Mirans. Obiit ipse 26 Dec. 1439, et Bna Elisabetha Ducissa
 Silesie Marchionissa Brandeburgensis Bna Legnicensis jure Omnium Anno 1450.
 Anno 1434 Martinus Papa defunctus est 18 Feb. die Dominica optime de Ordine
 nro promeritus, a quo habemus ad minus Decem Bullas. Vacavit Sedes diebus 12.

Successio Pontificum

Succedit Eugenius IV Venetus antea dictus Gabriel Lodovicius Canonius S. Georgii
 in Alba apud Venetias.

Ultima bulla Martini V fuit de exemptione a solutione primitiarum et decimarum
 possessionum nostrarum quas propriis manibus colimus; Data 8 Cal. octob. anni
 Pontificatus ejusdem XIII. Ideo Biffinitores in Capto generali hujus anni 1431

Bulla de nova
 solvendis decimis
 quibus prohibet

ordinarunt ut pro contributione bulla impetrata in Curia Romana qua
 constitit LX^{ae} Ducatos sive florenos de Camera qualibet domus solvat unum
 Ducatum nunc aut futuro Capto generali, aut si non habet Ducatum
 solvat ei grossos Sabaudie pro Ducato. Et declaramus et notificamus omnibus
 domibus dicti Ordinis quod dicta bulla relevat a Decimis non solvendis de
 possessionibus quas tempore dote bulla domus Ordinis possideant, et non de
 acquirentis post datum dicta bulla. Item non fuerit domus Ordinis que
 habeat compositionem cum Ecclesiis pro partibus de certa quota. Item nec illas
 que jam tanto tempore solverunt decimas quod sufficit parti adversa pro
 prescriptione legitima. Ideo incantamus omnes et singulas domos Ordinis ne
 contra predicta intendant in litem contra partem adversam.

Prior Romae
 est
 Procurator Generalis

Item cum anno preterito ordinatum fuerit quod in Curia Romana constitueretur
 Procurator pro toto Ordine videlicet persona Ordinis et causis in dicta Ordina
 tione expressis qui habeat pro suis laboribus summam ibidem taxatam.
 Ordinamus ut Prior Romae qui est aut pro tempore fuerit pro majori
 autoritate sue Domus sit Procurator quamdiu placebit Capto generali
 et antea consueverat esse nisi fallor Ordinis ad tempus alium constitueret generale
 Capitulum, sed forte novum quod sequitur) et habeat singulis annis a qualibet

taxa hae sequenti
anno suspensa fuit

Provincia Ordinis duos Ducatos quos praecipimus per Visitatores
 Provinciarum Dividi et Distribui per singulas domos hae Provinciae et
 Adolphus Vicarius C^o brevem sibi scripsit vitam B. Margaretae Palatinae
 Rheni Bojarie Principis Roberti Bavari Imp. filiae Caroli II Ducis Lotha-
 ringiae conjugis cui fuit a sacris confessionibus. Nupta quippe optimo
 Principi in domum familiam religiosissimam est deducta. Ubi S. Brunonis
 Cujus in loci contubernia magnam partem sanctitatis laudem collegerant
 sodales familiariter, usque a plurimum ex eorum consuetudine
 in virtutis cultu promovit ~~confessio~~ ^{scripsit} unus quidam ex eorum ebra
 libellum ab amoenis hortorum ut solet Rosarii ducta metaphora inscriptionem
 quo Christi Dei, deique Matris res olim in terra gestas amplexus est. Hunc nostra
 Princeps cepit assidue volvere mente que intra breve tempus proficere uti Margareta
 via Margaretam agnosceret etc. Maritus Carolus fundator Carthusie Rutiliana
 hoc anno 1430. Obiit ipsa 16 Augusti, A^o 1436. Condita in sede S. Georgii.

2^o p. Stat cap. 22. n. 16

Permittimus ut facientes sermonem ~~vel~~ collationem in Caplo generali aut in
 Visitacionibus senalibus conventualibus proinde ~~in~~ ⁱⁿ scriptis recitare
 quod ante non licebat, nam S. de ^{Wardenor} ~~Wardenor~~ quondam Prior Butunepie et plures
 Visitator Picardie asserunt quod non fuit intentio Capli generalis ut collationes
 solennitates Candelarum in Caplo ex schedula vel libro legi deberent, addens
 quod Capitulum generale si ita fecerit voluisset bene orderi assere collationes que
 legi poterunt: sic idem per plures annos grati voluit quod ex libro fierent.
 Item in die obitus sui scilicet in festo Annuntiationis quia collationi non
 interierunt praemonuit Vicarium ut praevitentiam imponeret collationatori
 si ex schedula vel libro proferret. Visum autem ante divisionem Provinciam
 scilicet ante annum 1411. Credo quod quando dicitur fuit non credebant se
 consequi indulgentias si quae sunt indulta.

Domus Rutila

Domus S. Sixti Pontificis ac Martyris dicta Rutila quippe Sixti in feribus

accedit Ordini nro

Lotharingie versus Luxemburgum, fuit olim Abbatia S. Benedicti. Sed illustrissimus Dux Lotharingie Carolus (infallor) secundus qui obiit anno superiore impetravit a Concilio Basiliensi ut incorporaretur Ordini nostro.

S. Bernardus Abbas Claravallensis pagum vocabulo Rutilans in Ducatus Luxemburgensi finibus situm aliquando pertransiit, ubi ex Patrum traditione posteris commemorant eundem S. Bernardum eodem tempore quasi exultandum in hac prophetica verba erupisse: O Rutila, rutila tu rutilalis aliquando que virum Dei Ode Cartusianis in istum locum post annos fere trecentes introducendis, ac ibidem modo adhuc habitantibus praedixisse nullus inficias erit, qui ipsius adentissimum affectum erga Cartusianos voluerit considerare. Hunc etiam locum Rutilensem scilicet vicum miraculis illustravit quando tres mulieres claudas et duos caecos restituit sanitati, in cuius rei perpetuam memoriam imago S. Bernardo erecta est in ipsa Ecclesia. Fiant que ad eam ^{annua} processiones feria sexta post Pentecostem quando illa miracula facta ibidem fuisse ex veteri traditione Devotus populus arbitratur.

Quaestio de
Lotharingie Ducatu
Vide genealogiam
Ducum Lotharingie
in nris originibus
ex Chronica Abbeis

Antonius Vandemontii Comes Caroli Lotharingie Ducis anno superiore defuncti frater Lotharingie Ducatum sibi debere praedicans competitorum suum Renatum Andream Ducem Comitemque Barrensem qui que jure uxoris (Duxerat enim Isabellam filiam praefati Ducis Caroli II) suum contendebat esse Ducatum juxta Concilii Basiliensis sententiam, memorabili proelio vicis et capis mense Augusto. Renatus ad Philippum Burgundie Ducem qui Antonio auxiliares miserat copias missus Civitate in custodia fuit. Sicque Alphonsus interea Aragonius in regno Siciliae seu Neapolitano res suas stabilivit.

Henricus rex
Coronatur

Henricus Anglie Regis filius annos non dum duodecim natus Lutetiae per Cardinalem Wincestrie coronatur.

In locum S. Joannis de Athrebato superiore anno defuncti Convicator hujus Provincia institutus est S. Jacobus Rubeus Prior S. Gardavi usque ad annum 1449.

Hoc anno Philippus Bonus Concilium Brabantie fixum Brusella constituit.
(Mirans)

Processionem ^{in splendem} celebrantibus (in Capella B. Mariae de Brailia) indulgentiam concessit Nicolaus Cardinalis S. Crucis, cum Rothomogum venisset. (Barolinus fol. 63)
Anno 1439 ordinatum ut oraretur pro Directioe sacri Concilii generalis tunc in Basilea Sedentis et reformatione et pace Sanctae Matris Ecclesiae pro qua Dominus Cardinalis, I. Angeli legatus et praesidens in ^{prol} dicto Concilio concessit omnibus celebrantibus missam vel audientibus centum dies indulgentiarum; et monuerunt Patres ut singuli sacerdotes semel in septimana dicere missam votivam de vivis, non celebrantes litanicam. Conversi 10 for. et av. vates et av.

Orationes injectae pro Directioe Concilii Basiliensis

Contributio pro Prioribus existentibus in concilio Basiliensi

Item ordinamus (singuli Patres) ut pro contributione impensarum Priorum qui pro toto Ordine resident ~~concedat~~ in Concilio generali in Basilea quolibet domus Ordinis solvat unum Ducatum aut 20 grossos in montis Sabaudie. Et impungatur Visitatoribus ut dictam summam dividant per domos suarum Provinciarum juxta facultatem ipsarum domorum et annis futuro apportent vel mittant ad Capitulum generale. et per hanc Ordinationem et aliis causis moventibus ^{Petres} per Diffinitores esse ordinatio anni prolegeti de uno Ducate pro bulla Papali.

In Provincia Beuthonia et Alemania nulla domus habet duos Procuratores

Item quia in Provincia Beuthonia et Alemania ^{et} Superioris et inferioris Rheni Saxonie et Picardie recentioris nulla domus habet duos Procuratores paucis domibus exceptis Volumus et ordinamus propter majorem ipsarum domorum uniformitatem quod singulae domus dictarum Provinciarum sine contenta unico Procuratore, et licentia super hoc concessas revocamus.

Item quia in capitulo generali proximo elapso, per Diffinitores Literatos et contra Cartam fuerunt ordinata sequentia ut sequuntur: visum esse Diffinitoribus Capitis generalis anno Domini 1437 Cartam celebrati pro observacione pacis et honoris totius Ordinis sequentia fore observanda et R^{do} Patri Cartusie secreto intimanda et de eis quantum fuerit necessarium seu opportunum etiam conventualibus d^e Cartusie publicanda. Primo quod R^{ms} in Christo Pater Senus Prior Cartusie

Ordinationes pro R^{do} Patri

et
 conventus Cartusie libere utatur potestate sua tam ordinaria quam per Cap. generale sibi. delegata, nec illam
 nimis moderetur aut restringat quorumcumque suggestionem seu alterius cuiuscumque
 virtutis aut commoditatis gratulatione, sentiendo cum Apudolo: quomodo dicitur Genesim
 Apostolus ero, officium meum honorificabo. Secundo quod nullus Monachorum dⁿⁱ
 Cartusie aut conventus eisdem in tribunal se committat se potestatis quam passive de factis Ordinibus
 aut singularum Domorum vel personarum; et si ab eisdem Domibus vel personis
 litteras receperint nisi quod secundum Statuta permittunt, alias volumus per
 R^m Patrem Cartusie dictorum Monachorum importunas instantias non admitti.
 Tertio quod nullus Monachorum predicta domus per R^m Patrem constitutus
 Visitator valeat aliquem Priorem ab officio Prioratus absolvere sine expressa
 consultatione dicti R^{mi} Patris Cartusie, qui R^{mus} Pater habito consilio ^{formaliter} Monachorum
 seu alios quomodolibet arbitretur utrum dicta absolutio sit per Visitatores
 Monachum eodem contentu fieri debet aut pro bono pacis et honore Ordinis usque
 ad Capulum gen. differenda.

Idcirco Idcirco comperimus premissa sic ordinata a tenore Statutorum
 et rationis transeunt non discrepare, sed potius iuri ac Statutis et rationi consonare.
 Ideo premissa sicut premissa ordinata approbamus ac Capli gen auctoritate
 corroboramus et sequenti anno ¹⁴³³ confirmamus. sic. Ordinationem per Diffinitores
 anno 1431 factam, et R^{mo} Patri D^{no} Cartusie in scriptis ad partem traditam, se-
 quenti quoque Capli generali publice in charta appositam et confirmatam, que
 incipit: Venerabilibus et Diffinitoribus, ^{etc} tanquam totius Ordinis n^{ri} reforma-
 tivam, et conservativam iterum approbamus et confirmamus adficiendum
 ad perpetuam rei memoriam ne tam salubris Ordinatio in oblivionem
 transcat quod singulis annis biscentibus in Capli audientia Patrum de
 Verbo ad verbum legatur.

Vacante adhuc Prioratu Cartusie Ultrajectensis a quo absolutus fuerat B. Otto
 Anselmi anno 1430 quia interdictum Apostolicum in dicto loco positum non

Terraverat nec dum adhuc sublati electus fuit in Priorem dⁱ Brugensis
 et ecce ~~frater~~ fragmentum confirmationis: Nos fratres Theod^r et Jacobus domini
 1373. Catharini juxta Antuerpiam et Vallis Regalis prope Gandavum
 Cartusiani Priores ^{et alii} in Christo Patri B^e Ottoni Anselmi monacho
 I Saluatoris prope Trajectum ejusdem Ordinis electo in Priorem
 Domus Vallis Gratie prope Brugas, ac per nos Priores prefatos,
 postquam Consenseritis confirmato saluberris et pacem et per
 obedientiam proximam merito premia felicitatis adipisci debent.
 Novertitis per presentem quod Vicarius et Conventus Domus
 Vallis Gratie superius nominatae quod absolutionem sui Prioris
 nobis tanquam confirmatoribus presentibus vestram personam
 unanimiter et concorditer in Priorem suum et Pastorem per
 viam legitime elegerunt. Insuper in virtute sanctae Obedientiae
 tenore presentium quia alium Priorem seu Superiorem in sine
 diatum post Capitulum gener. et Dominum Cartusie praeter nos
 Visitatores minus tamen idoneos non habentes, presentium tenore
 vobis precipiendo mandavimus visit^{personalia} ^{praesentibus} sine mora
 dispendio ^{mensis Julii} accedatis. Datum anno Domini MCCCXXXII die 11^o
 nostrorum sub apprehensione sigillorum.

Onus Otto Anselmi
 noster absolutus a
 Prioratu dⁱ Ultrajectensis
 dicitur Prior Brugis

Pax Ecclesiae
 Ultrajectensis

Quibus diebus post scilicet XII Julii Ihesus istud fuit abolitum et pax
 Ecclesiae et Patriae Trajectensis restituta per R^{em} Patrem et Dominum
 B^e Johannem Ep^{iscopu}m Matisiorensem Apostolicae Sedis ad opus prescriptum
 Vicarium et Commissarium tunc per quem omnia ad beneficia et
 statum pristinum restituebantur. In prioratu autem Domus Ultrajectensis
 successit B^e Ottoni, B^e Waltherus Peregrini professor dⁱ Amsterdam.

Domus Visitacionis
 B^e Mariae de Auxiliis
 nona et ultima
 Regni Angliae
 alias Norfolkiae

Domus Visitacionis B^e Mariae de Auxiliis hoc anno incorporata est in
 quam fundavit Thomas Mowbray Comes Northamptoniae et Harescullus
 Angliae et hanc Henricus Hatfieldius in catalogo monasteriorum

Angliæ. In monumentis Ordinis dicitur Dux Nortfeldel qui obiit 1400 (nisi sit error).
 Et fundatrix Illustissima & Dna Catharina Ducissa Verfolciæ (ex emendatione
 ad marquisem videtur idem Ducatus & locus in Tusula Auxedune ubi sitam et monasterium)
 Obiit hæc Dna quorum fuit filius, prædicti Ducis circa annum 1489.

Hæc præter anno Sigismundus Imperator Romæ in Basilica Vaticana ab Eugenio IV
 coronatur 15 Calendas Junii.

Visitatores
 primo electi
 ad absolvendum
 a casibus reservatis
 Sedi Apostolicæ

Anno 1433 Sanctissimus S. N. Dnus Papsa Eugenius quartus gratiam aliter
 concessam Ordini nostro pro absolutione et dispensatione super casibus Sedi Apostolicæ
 reservatis renovavit et ampliavit. Hinc primo omnes Visitatores Provinciarum
 electi sunt ad absolvendum a dictis casibus, ex modo quo adhuc observatur in chartis
 sic habet carta hæcus anni: Piores electi per R^{sum} Patrem Cartusie ad absolvendum
 et dispensandum cum personis Ordinis in casibus Sedi Apostolicæ reservatis secundum
 novam gratiam a S. N. Papsa Eugenio IV concessam, et in numero solito ampliores
 sunt omnes Visitatores Provinciarum in quibus intelligitur persona non officium
 (Nam alias satis incommodum erat personas Ordinis deducere ad Priores aliarum
 Provinciarum qui dictam potestatem habebant et fieri abusus cum hæc modo
 personæ a recto itinere notabiliter divertebant.)

Lubet describere professionem & Ottonis in Priorem domus Brugensis assumpti
 et statum dictæ domus referentis sic habet: Reverendi in Christo hominis et
 Patris S. N. Priori Cartusie ceterisque Giffinitibus ac universis Patribus
 Prioribus aliisque personis in nro Capitulo generali Ordinis Cartusensis congregatis
 Otto indignus Prior Vallis Gratie juxta Brugas Ordinis prædicti debitam
 subjectionem cum omni reverentia honoris et obedientie. Reverendi Patres et
 Dni cum ad dictæ domus officium Prioratus noviter assumptus, me propter
 insufficientes et idoneum cognosce, peto humiliter ab eodem pro absolutionis
 beneficium michi miris fieri propter Deum. Quam si vestris paternitatibus
 reverendis ac me non placuerit facere ex tunc per litteram hanc

Status Domus
Brugensis

gratentem promitto obedientiam, Deo et vno Capitulo generali
pro me et domo nra predicta, Cujus pro nunc status talis est:
Sumus in domo me fratre Ottone incluto, XII Monachi professi,
duo Clerici redditi, et duo Conuerſi cum alia familia competenti.
In frumento et vino ac aliis necessariis magnam non habentes
provisionem. Aliqua debemus, sed plura nobis debentur.
Abundat etiam domus non pecuniis sed ruinosis edificiis
magnis et gravibus reuolendis expensis jam incipient,
Consummah qui cunctorum fines ante eorum intactur initia.
In veritatis testimonium etc. In paruo chronico d' Ultrapectine
Dicitur quod ibidem reparaverit adificia et presertim unam
partem clauſtri lateris egregie quodque anno 1438 in die s' Thomae
de Aquino, ibidem Prior defunctus sibi et sepultus.

Visio infantis
de Sacra Eucharistia

Vertur quod hoc anno dñi 1433 in die Natiuitatis quidam
infans nondum sex annorum apud Cartusienses Colonie
circa chorum stans et intuens generalem Communionem
fratrum ibidem degentiuons, fieri dixit inter cetera quod
videret in manibus sacerdotis celebrantis (quem appellabat
bonum cum pulchra capſa) pulcherrimum puerum.
Eum interrogatus quo deuenisset ille puer; quod ille Dominus
cum pulchra capſa ad os aliorum fratrum posuisset.
Erat autem puerulus ^{iste} orbatus utroque parente et morabatur
tunc temporis in monasterio sub cura eiusdani Conuerſi a quo
didiscit orationem Dominicam et Salutationem Angelicam quas
quotidie flexitosis genibus dicere consuevit ad laudem Dei et
gloriam Virginis Mariæ. Hæc Henricus de Piro eiusdem
monasterii Monachus.

Hæc anno 27 Junii obiit B. Bertrandus Nicolai Mercator

et civis Barthionensis qui legavit domini Montis trilaris 8455 florenos, habetur sequenti
anno in carta.

Felix receptio
Laurentii de
Marchezze
et perfecta votatis

Quam heroice et evangelice S. Laurentius de Marchezze reliquerit omnia et reclusus sub
Christum in Ordine nro (quod contigit circa hunc annum) habet apud Corlandum
in coron. Carb. lib. 7. cap. 2 (Cujus verbo et exemplo multi prestantes viri et firmi Uni-
versitatis Lovaniensis nostrum institutum amplexi sunt. Inter Henatum Abdygansum
et Antonium Wandemontanum. Philippus Burgundia Rex pacem composuit; accepitque
Antonii filius natu grandior uxorem sibi Solantillam Henati filiam majorem.

Pax inter Henatum
et Antonium
duxerit Bonum et
Jacobum Bavaram

Ab eodem Philippo Jacoba Bavara sibi maritoque Imperialis gratiam extorquet omni
jure exadens quod in Hannonibus Hollandis, Zelandis ^{Frugiis} ~~Frugiis~~ que interabatur.

Hoc anno 14 Aprilis B. Ludovica (sive Lidewigis) Virgo Schidamensis Hollandia in Bno
obdormivit.

Circa hunc annum 1433 S. Joannes de Montegypsa Prior Capella edificavit Chorum
fere Capellam ubi nunc veneratur imago Beate Virginis.

Anno 1434 a Cyprio generali emanavit ordinatio: Ordinamus quod
pro competitive mille septingentorum Ducatorum in Saero Basiliensi Concilio pro
meliori totius Ordinis magistrorum et fructuum consilio favorabiliter appunctuata
et conclusa, et hoc pro incumbentibus ipsi generali Concilio actibus, et pro defensione
et reformatione S. Matris Ecclesie dictum scribantibus omnes domus Ordinis
nri solvant taxam eis pertinentens, et per generale Concilium eis adjudicatum
prout in litteris protentibus inde confectis et sigillis appenditiis roboratis de
Visitatoribus Provinciarum ad dictam taxam exigendam traditis extentis
continetur, nec tercantur ex hoc professores Ordinis, aut de hac competitive
miserentur, quia cum longe aliter omnia membra Ecclesie etiam exempta
fere plus in triplo solvant, quam Ordo nri qui hanc competitive gratiam
in oculis sacri Concilii miserius ^{advenit} ~~advenit~~, quodque Concilium in favorem
dicti Ordinis cullas omnibus collectoribus per totum mundum subsidium

S. Lidewigis Virgo Schidamensis in Hollandia cum esset 53 annorum fere et jam trigesimum octavum
annum decuberes languidi languoraque tempore multos annos continuasset sine
aliquo cibo humano vivens, Spiritu prophetia plena defuncta est feria tertia Pasche. Eius
ossa Albertus et Isabella Belgarum Principe Schidam Pruxillas secrete transferre
curarunt ne a Calvinis

per ipsum impetum levantibus et onerantibus. Dissidit, ipsos Collectores
evitando quomodo per competitionem profuturi Ordo Cartus in hi non solvit,
nec ab ipso Ordine amplius migrant in futurum.

Oswaldus de Corda
moritur

Oswaldus de Corda ex Vicario majori Cartusie Domus Virtutum in Scotia
Prior primus effectus acer ingenio, doctrina proclari, ^{vite sanctissima} ~~placido~~ ^{et} ~~quodammodo~~ ^{difficultate}
eximius, postquam distinctus in suscepto regimine exantlasset
~~anno Domini~~ ~~in suscepto~~ ~~regimine~~ ~~exantlasset~~ labores plurimisque

difficultates cum Deo superasset, tandem coram fratribus positus, ipsique
sereniter trantibus, placide in Domino et dormivit hoc anno, ^{Septimo} ~~Septimo~~
Calendarum Octobris. Et anno 1436 imponitur Priori Vallis Virtutis
in Scotia quod omnes libros, libellos et scripturas quos equas D Oswaldus
quosdam Prior ejusdem domus, monachus professor D^e Car^e ad eandem
domum Scotie secum detulit hinc ad proximum Capitulum gener
fideliter et integre remittat sub periculo conscientie sue, et gravem
Ordinis disciplinam voluerit effugere.

Natalis Caroli
Ardacis

Certio Idus Novembris feria 13. Martinus Sacris Divisione natalis Caroli
Martini cognomento studacis Philippo 13mo et ^{parentibus} Elizabetha Principis
nri futuri.

Arnoldus 11 Sabaudie Dux primus, amissa uxore seculi potestatem
apud Ripallium Genevensis ^{opisidum} ~~diocesis~~ in canobio S Martini Ordinis
Augustiniani suis a majoribus excitato monasticam vestem induxit.

Pax inter Philippum
Principem et Carolum
Regem Conciliata per
Cardinalem S Crucis

Anno 1435 Philippus Princeps noster prolixum factum patris Joannis
nocem cyregie ultimus nec habere Gallorum Rex ubi quiesceret
quam plurimum totius Europe Principum rationibus ac etiam precibus
 tandem delinquit ab tractatu in celeberrimis Comitibus, quibus Nicolaus
Albergatus Cardinalis tit S Crucis Monachus Ordinis nri, legentis
Papa legatus presidebat cum Casolo septimo Gallorum Rege reconciliatur.
Ibis ob eandem rem, Gallias petierat causarumque

Summa industria tractaverat, tandem Deus non est gratus labores suos esse inanes, cum tertio reversus est pacem conficit.

De Alnea
Sylvio qui fuit
postea Pappa dicitur
Pius Secundus

Aeneas Sylvius relicto Bartholomaeo Hoxariensi Epō, quod ob crimen laesae majestatis ab Eugenio in judicium accessit. Reversus in Italiam ad Nicolaum Bononiensem Cardinalem S. Crucis laudatissime probitatis virum se contulit, quod audierat profecturum legitime in Galliam de pace inter Franciam et Britanniam Regis acturum. Cum ^{vero} Secretarius Basileam iterum profectus exinde Abtrebatum quem de pace agi ceptum esse, et Britanni detractarent aperteque ^{adversarentur} (~~adversarentur~~), missus est a legato ad Regem Sotorum adversus eos sollicitandum, aliter regnum et ~~fructum~~ Britannis bellicosum esse contulit. Redeunte autem in Italiam Nicolao quem Venetorum et Philippus Mediolani sua auctores componenda pacis requirebant. Aeneas non admodum Eugenio gratus Basileam revertens magno ^{semper} ~~spem~~ in honore apud omnes habitus.

Nota vim
excommunicationis
et Signa Apostolatus
Cardinalis S. Crucis

Annales Hollandiae narrant Cardinalem S. Crucis cum nullis firmo verbi Moni animum posse, et ipso Anglorum Rege per se pacem cum franco facere minatum esse se contra eum ac Anglos iure aditurum quod contenta Ecclesiae auctoritate, cujus iudicio controversiam paulo ante commisit, nec equitati nec rationi locum darent sed iniquissimis

Pontus Huberus
in historia Ducum
Burgundiae

conditionibus summa cum pernicacia et impietate insisterent. Ab eae nec aliquo modo de potestate quam Christus Ecclesiae tribuit dubitare potuisse dictum Cardinalem candidum puerum cui in amplissimo Concilio Consessu cum summa in Deum fiducia male esset precatus subito nigerrimum extitisse magna omnium qui aderant, cum admiratione; iterumque piis verbis spem bene precatus pristinum recepit candorem; ac ex eo tempore Burgundum concepto terrore, sese se Procerum Ecclesiae arbitrio submittere

ac dimissis Anglis cum Franco pacem fecisse. Postquam Gallias
 sedecim continuis annis cum incomparabili detrimento oppugnasset
 ac manibus armis que Joannis Intrepidi plurimum satis parentasset.
 In ade ipsius Sivi Vedasti accesserunt ad Philippum jam delinquentem
 Legati Regis Francie, Carolus Dux Bobonii, Comes Richemundus
 Archiepiscopus Remensis et alii, eoque ad pedes prostrati incumbentes
 nomine Caroli Regis orarunt, ut parentis sui eadem ei remittat
 profitendi se se id facinus imperitia adolescentie et improborum
 suorum designasse, ac dolere quod ita accessisset, et nisi factum
 esset, ne unquam fieret omni ope annixurum. Ad hos
 supplicationes demissiones que Philippus illa chrymatum pro-
 munitur se omnem injuriam condonare, tum propter venerationem
 mortis passionis que D. N. Jesu Christi, tum quia populi Gallici ^{miseri} ~~orosa~~
 eum caperet, tum etiam ut Concilio Basiliensi et Papae et Christia-
 norum Principum moribus morem gereret, qui verebantur, Et
 hoc a se impetratum, sic Marchantius. De ista pace in Archivis
 Atrebatum, hi reperuntur versus: Illuxit nobis Clari
pace luce Matthaei. Pro qua Francisci debent
eum laude letari. Atrebatum primo sonat hoc
vox jucunda. Christus laudetur cui cuncti
subjiciuntur. Inter conditiones pacis haec compre-
 hense erat, quae nostrum ordinem tangunt sed minime observatae
 saltem de monasterio construendo datae sunt prope Oppidum
 Aboutheranum Canoniam Cartusianorum duodecim sacerdotum
 qui pro salute Intrepidi continuo crebra edificari, dotarique
 praecipito. Apud Cartusianos Digesenses, ubi nunc quiescunt
 ossa Intrepidi propitiarium quoque inter missae orationes

Caroli supplices
 verba precario.

Regius Philippi
 animus et pietas

Jesu Christi sacrificium solemni symphonia pro expiatione vitiorum *Interp. vi.*
 et Noxelle quotidie decantandum instituit. Ad hanc pacem una cum aliis
 Principibus allaboraturus accesserat & Joannes Heinsbergius Episcopus et Princeps
 Leodiensis cujus comitalis albis equis ducentis, abbasque vestimentis rubro varie-
 gatis insignis erat, sed potenter protenter tormenta patienter. In hoc conventu
 supra decem equorum millia fuisse narrat Monsteelatus. Inter erat etiam
 Arnoldus Goltiae Lux.

Hoc anno 1435 Conversus quidam Cartusianus in Agraech implorata
 ope B. Virginis gravissimum ignis periculum evasit. Vide Refut
 Heinii - dist 3 cap 69 et Secorum Collectaneum nrm fol. 209.

Calceum frustra tentatum a Philippo Buca
 Anno 1436 Lux Brabantiae Philippus expeditionem in Calceam
 (contra Anglos) temere parat: cogitur cum dedecore recedere. Unde
 tanto dolore affectus est, ut metus esset ne in gravem morbum incidere
 Enger. lib 6. Gandenses plerosque de magistratu occidunt quos fuisse
 causa tam turpis a Calcea discessus.

Comus Zirizeus Comus Moritzion prope Zirizeam in Zelandia incorporata fuit Ordini,
 incorporatus Ordini hoc anno sexta Maii et octavo ejusdem mensis et anni ad meliorem vitam
 transiit & Joannes Lini fundator dictae Comus.

Injungitur a Diffinitoribus Capituli generalis, ut quicumque haberit
 conservatorium & Joannis Pape XXI reddat Domui Cartusiae similiter
 qui seiverit vel audierit ubi sit.

& Jacobus Crom 27 Julii obiit & Jacobus Grom diaconus professor D^s Ultrajectine specul
 diaconus D^s Ultraje
 tunc pie moritur *Exemplar totius domus presentis conventu aphantias dicentē.*

Hoc pariter anno tertio Idus octobris obiit illuistris ac magnificus vir
 Obitus fundatoris
 D^s in Fletriach & Hermannus Cilia et Sagouil Comes, fundator D^s J. unitatis
 Fletriach Slavonid vico.

A D^s Astheim

Similiter vivendi finem fecit D. Erckingius a Swartzemburch cujus
 familia nunc Comitis tituli virtutis (exgo est insignita), fundator Portis
 B. Mariae in Astheim Franconiae pago tribus miliaribus Wirceburge distat.

Octavo idus octob. in Belgio Jacoba Bavara Hanonid, Hollandie
Zelandie Comitissa, Frisiae Brabantiae et Groningae Domina
moritur. Hereditarias Consobrinae suae Provinciae adit Philippus
Bonus Princeps nr. Omnes enim et quasi aquae dilabuntur
in terras quae non revertuntur.

Jacobus I Rex Scotiae
a Sicariis in aula sua
interfectus. Parricidae
sunt tam barbari et furoris
prensos Deo Patria
persolverunt

Jacobus I Scotorum Rex a cognatis suis sceleratissime interimitur
21 februarii et sepultus est ad Cartusianos, quibus ipse in subulis
Pothousi monasterium, inchoaverat templo jam perfecto.

Anno 1437 Philippus et Isabella Principes nr. monasterium
Claristarum Herdini edificant, quod J Coleta in sponsa
virginum gratia et meritis proscribita prima incoluit, collectis
aliquot virginibus ex Burgundia.

Libri juris quibusdam
interdicuntur
Meliora de hoc
Adolpho leguntur
in Bavaria pia

Studium nostrum Diffinitores de Adolpho professo de
Brevenensibus libros juris penitus interdiximus, ne occasione
ipsorum de ipsam et Provinciam suam sic hactenus valeat
perturbare et Capitulum generale infructuose occupare.

sed amodo studeat cum Hieronymo non doctores sed filii
habere officium, vel se, vel mundum luceat et Dni providus
perstoletur adventum etc. Heres an sit idem qui Confessarius
Margarita Ducissa Lotharingae extitit. Obiit ipsa 1434 et
Adolphus 1438. Vide fundationem de Brevenensibus

R. P. Guilielmus de
Mota postobitum
miraculis clarus

R. P. Pater de Mota ^{Guilielmus} Generalis Ordinis nr. post multos vitae
hujus agones sempiterna inmaximilique corona donatus est
18 Junii. Reputatus est in vita justus et sanctus, et post obitum
miraculis clarus, teste Petro Sutore p. 863 et in charta sequentis anni

Anno 1436
fur quidam suspensus
invocata Virgine
tranquillari sequit
moritur tum post de
in Cartusia Basilien.
Sepelitur

sic habetur: R. P. in Christo Pater, pie et celebri memorie Guilielmus
de Mota Prior majoris Cartusiae habeat per totum Ordinem (pro ut
bene meruit, duos monachatus, et eodem anno tibi facta in Ordinatione:

Anno 1436 cum perquisitum fuisse homicidium circa Ecclesiam Capella B. Virginis in Hebranis die quo circumferabatur
personaliter Imago B. Mariae, et Gerardus Maghal Delpheus tunc Prior istius domus impetravit a dno Ludovico Comite
J. Pauli et dno ^{franc} Anglie ut ipsa processio esset, et amplius annuatiis non fieri sicut factum est
quavis de hoc multi de populo Eo praecipue juvenes dolerent. Solebat etiam prior et Procurator domus
personaliter incedere in ista processione quae fiebat post festum S. Jacobi et Christophori.

Cum R^{mo} Patres Uni Priores majoris C^{ae} habeant portare onera totius Ordinis per totum ~~annum~~^{annum}, prout ceteris quibuscumque Visitatoribus Ordinis annuo quod anno do ipsi et soli habeant duplicem Monachatum per totum Ordinem.

Enno Guilelmus de Mota successit in regimine Dⁿⁱ Cartusie R^{mo} Gales et Magnus Clericus & Franciscus Naresme de magna voluntate C^{ae} ~~Capituli~~ ~~Ordinis~~.

Successio Imperatoris

R^{igismundus} Imperator R^{omanus} & idus Dec. mortuus; succedit gener ejus Albertus II Austrius.

Hoc anno absolutus fuit a Prioratu Dⁿⁱ Capelle & Gerardus Waghel de Welft qui D^{no} Joanni de Monteny^{is} successerat et fuerat Procurator D^{icte} Domus. Vir valde religiosus, zelosus ac rigorosus, nam jejuniis 2^{ae} et 4^{ae} ferie fecit sevari (suis tantum ministrans potagium) et abstinentiam semel in hebdomade in pane et aqua.

S. Laurentius de Mouchesch Prior Capelle et ejus liberalitas in pauperes

Et videtur propter nimiam rigorositatem absolutus a Capite generali, in ejus locum electus fuit S. Laurentius Mouchesch de quo supra, Vir devotus, religiosus ac timens Deum. Hoc eodem anno cum esset ingens frumenti inopia, et diversa circumquaque regiones gravi fame periculo laborarent, et de Delfhevis, qui eum precessit in officio Prioratus (ut dictum est) vir enim parcus, solarum reliquit plena annona et blendis, quae iste Laurentius tam largiter erogavit pauperes, et alia quae habere poterat quod inde magnam famam acquisivit in vulgo, et merito nam et ego non tam liberalitatem ejus admisor sicut fiduciam ejus in Deum quod de crastino non cogitaverit. De prefata caritate scribit etiam Brittonius in Chronico Gronheimensi: eodem anno (sc. 1437) magna ~~est~~ ^{est} fames in omni regione et praecipue in partibus inferioribus in Hollandia, Zelandia, Hannonia et circa Rheenum ubique exorta est, et frumenta in nimis caro factis, ita ut multi pauperes tam in civitatibus quam in villis perirent. Hanc annonae caritatem refert Locius ad annum sequentem.

Anno 1438 Nicolaus Albergatus ex Ordine nro Cardinalis Sacris primae actioni quae post 8 id Oct. in Concilio Ferrariae habita est interfuit, inter

Concilium Florentinum
oecumenicum sive
universale XV a Jacobum
Ferraria inchoatur et
anno sequenti Florentiae
finitur

sea Latinos Doctores, qui totidem gratis de Spiritus Sancti processione
dissentirent, cum graeci ipsum a Patre duobus al, Latini a Patre
Filioque procedere affirmarent. In hoc Concilio Joannes Paleologus
Graecorum Imperator Eugenium IV universae Ecclesiae caput
agnoscent eidem se suosque summa humilitate submisit.
Voluit Eugenius in eadem synodo ut primariae ecclesiae
hoc ordine statuerentur Romana, Constantinopolitana
et Alexandria, Antiochena, Hierosolymitana.

Hoc anno obiit D Henricus Everardi Vander Loen quondam
Prior de Ultrajectina, de quo vide in anno 1428, ubi perperam
prostitus est. Item 12 januarii Ludolphus Sculte quondam
Canonicus B. Mariæ projectensis et S. Plechtelmi Ob Sanderlen
prostea Donatus Ultrajecti.

Ordinarum hoc anno quod in omnibus Missis de Spiritus
Sancto tam Conventualibus quam privatis dicatur
Kyrie eleison Dominicale et Gloria in excelsis quod spectabat
ad Majestatem Spiritus S^{ti} cum Patre et Filio coequalis et
coeterni, et de quo agelatur in Concilio.

Anno 1439 Amadeus VIII olim Sabaudie Dux ex Monacho
schismate contra Eugenium VI Antipapa in Concilio Basiliensi
creatur, dictusque Felix V, nonis novembris. Anno sequenti
coronatus fuit 7 Calendar Augusti, sed et annos 9 menses 5
diebus aliquot.

Schisma in Ecclesia
sed non in Ordine

De hoc schismate sic legitur in monumentis Ordinis.
Tempore Eugenii Papae sedebat Concilium Generale in Basilea
Universali Ecclesia longo tempore quod bonum habuit principium

H. P. Franciscus Maroni
qui Cartusie praesidebat
tempore hujus Concilii
Basiliensis tanta

reputationis
apud omnes extitit
ut decem voces in
electione Summi
Pontificis habuisse
dicitur. Sed

Deus voluit utrum
Ordinem pontificis
annuo Antipapae
decorare

sed medium non per omnia bona propter schisma quod ipsi oriebatur
in Ecclesia. Finem vero accepit ad ipsum Concilium tempore Nicolai
Papae V qui successor praefati Eugenii fuit. In tantum dissentiebant
hoc Concilium circa eius consummationem post diutina iurgia habita
cum praefato Papa Eugenio quod ipsum a Papatu deposuit. Et
Anno demum presbyterum qui dudum Comes erat Sabaudiae in Episcopum
consecravit et Felicem vocavit, sed ne Ordo Cartusienis tunc unum
biliter divideretur sicut anno Domini 1378 temporibus Urbani VI qui
sedebat in urbe Roma et Clementis qui sedebat in Avinionem
impretravit utrique Papae Eugenio Felice et Felici, praefatis et singulis
eorum uniformiter obedire et subdipone mandatis; sicque idem Ordo
indivisus et in bona pace stetit.

Zelus Ordinis

Non possum tacere lacrymas Ordinis et Ordinationem factam de fugitivis
comprehendendis in qua Zelus Patrum ad Ordinis honestatem conservandam
probat ad reprimendam fugitivorum et apostatarum et quovagorum temerarios
discursus, atque nefandos ubique terrarum potissime in Romana Curia
in grave animarum dispendium nostri Ordinis vituperium, et inter-
antum scandalum prohi dolor! frequenter a dictis vicinis libere et licentius frequen-
tarent nisi solerti Ordinis vigilantia succurratur. Ea propterea omnes Priores et Rectores
et Monachorum Vicarios fortiter indicimus et strictius quo possumus admonemus
tanquam et tanquam vigilas S^{ti} Ordinis relatores et plus solito ferventiores effecti-
entur eos capere et in carcere; invocato si opus fuerit brachio saeculari etc. Et tamen
hoc tempore agebat in Curia Romana Cardinali Albergatus Ordinis nri quia propter
ipsum forte isti fugitivi majorem fiduciam accipiebant.

Tempore belli
Conventus ad
tertium loca
se recipere
poterunt

Nonominus Ordo suis sufficienter providet, ne manendo in monasteriis periculum
ullum incurrent, sic quoque Ordinatum et hoc anno; Concedimus Prioribus et Conventibus
Domorum Ordinis nri ut tempore guerrarum dum periculum imminet possint

se cum bonis suis ad loca tutiora transferre de Consilio tamen unius
 Visitatoris si commode fieri poterit, alias Priores cum Concilio seniorum
 de conventu habeant ad plerumque de predictis ordinare.

Intimamus omnibus personis Ordinis nri quod quidam vocatus Janinus de
 Moisis natione gallus abatis 68 annorum, statura pusillus, valde calvaster
 facie rugatus et aliquantulum curvatus qui se gerit per ^{domos} Donato Cartusie et
 et litterarum Patrio Cartusie peritore, et ceterorum ordinis negotiorum
 gestore, qui Janinus discursando per domos diversarum Provinciaum
 diceit se fore in via ^{de} predaturaria et quod lras quas portabat simul
 in praesa amisit, et sic a domibus extorqueit vestes, pecuniam et
 multam securitatem in Cartusia pro ipso promittit, quod
 iste Janinus non est Donatus Ordinis, sed pauper homo girovagus,
 qui de cetero talem vitam consuevit se alimentare, et jam omnes
 sic adrisati ne praefato Janino litteras vel pecunias tradant vel
 quacumque alia negotia Ordinis committant.

Anno 1439 ^{7 februarii} Sanctissime obit B. Joannes Bertrandus quondam
 Prior Scala Dei ^{et} Preceptor B. P. Joannis Forl, cum in dicta domo
 maxima virtutum et monasticae conversationis fragrantia vixisset
 45 annos, aetatis suae 70.

Monasterium B. Mariae boni lapidis Germaniae Guelpharum apud
 Vrachium Ducatus Witeberl Wirtembergensis oppidum: fuit olim
 Praepositura Monachorum Benedictorum a Trifaldensi Diocesis
 Constantiensis Abbatia dependens. Sed Ludovicus Vrbalicus Witten-
 bergensis anno MCCCCXXIX eo loco Cartusianos collocavit teste
 Gasparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum Germaniae: Obit
 generosus Vrbalicus 2 Iulii 1480, Ludovicus 24 ejusdem mensis Anno 1450.

Joannes Rode primo Ecclesiae Brevisensis officialis, deinde in Cartusiano
 Abbas 1 Martii apud Brevisos, de quo superius scripsimus hoc anno.

Impostura unius
 Girovagi a qua Ordo
 suus praecavech.

Domus B. Mariae
 boni lapidis prope
 Vrach Ordini nro
 attribuitur

Joannes Rode ex
 Cartusiano Abbas
 vita defungitur.

prima die Decembris in opusculo Diocesis Argentoratensis nelyo Moutaber facta edita
et in dicta abbacia honorifice tumulatur. Vide Biblioth. Cart. fol 214 et seq. —
Eodem anno 5 Cal. Nov. Albertus 11 Imp. obiit. In Albar Regali conditus.

Fredericus Imperator

ANNO 1440 Fredericus tertius Ernesti filius Archidux Austriae Romanorum
Imperator creatus est Cal. Januarii; imperavitque annis 53 mens 7 dies 19.

Cytopographia
inventae

Eodem anno Ars typographica Moguntiae a Joanne Faustis reperta
dicitur de eius tamen inventione plures inter se nationes contendunt.

Hadrianus Junius in Batavia Descriptione Laurentium Joannem
cognomento aedituum sine custodem, civem et incolam Hallemensem
praedicat hujus artis inventorem.

R^{us} = Pater

Ordinem reformare
studet, seu multa
in meliorem
formam redigere

Solent humana omnia in praesens ruere, ac retro sublapsa referri quod in eis
quoque obtinet quae pietati et religioni excitandae et promovendae Deo ipso
Auctore constituta sunt; et quo minus illam defectio nis gangrenam aliquando
sentiret, Ordo n^r annue celebrat Capitulum generale, et divinitus inspirata seu
studiose quaesita adminicula suis suggerit et commendat alumnis in speculatioⁿibus
officium graviter in eumlibet Capitulum generale ut ex hac ordinatione colligere licet
Quod salutare propositum quod subivimus si in dictis nostris collapsum videretur
(non igitur affirmat) Ordinamus quod omnes Visitatores tam per se quam per
consultationem aliorum Priorum et Monachorum ejusdem Ordinis in eorum
Provinciis expertorum Deumque limonium et Reliquum sanctum et discretum, habentium
in scriptis redigant seriose omnia illa quae secundum Deum et observantiam
regularem eis occurrerint in Ordine reformanda seu immutanda aut in
totum vel in partem renovanda ac etiam de novo si opus fuerit, ordinanda,
et illa habeant in futuro Capitulo R^{us} Patri n^{ro} C^o apportare, ut sic dicitur
R^{us} = Pater vice totius Ordinis quae sibi fuerint apportata valeat super annum
consulibus visitare et pertinenter certis sub articulis in forma debita exarare
et Patrius Ordinis oportuno tempore generali Capto congregatis examinanda

presentare; quibus tunc sigillatim consideratis, et aliis per diversa Capitula secundum eorum exigentiam mature digestis, illa Domus Dei Capitulum generale praefatum efficere valeat, quae in futurum liceant et expediant toto ordini nro ad salutem.

Comus Monachorum
subiectur hinc
Provinciae

Circa hunc annum posita est domus Monachorum in Geldria sub hac Provincia quae prius erat de Provincia Rheni.

Cartusiani Antuer-
penses vendunt
Dominium Kiliaenum
Reip. - Antwerp-

Dominium Kiliaenum (in quo olim sita fuit S^t Catharinae)

Pater Summo studio conuersant per partes, Diverso tempore, scilicet annis MCCCCLXIII, MCCCCLXXXI et MCCCCX ac deinceps in hunc annum MCCCCXL possederant Cartusiani multis auctum privilegiis et immunitatibus quod actione satis scrupulosa eodem anno Reip. An. ^{vendiderunt.} ~~vendiderunt.~~

Anno 1441 post varia praedia maritima, praedaeque saepius abactas inter Hollandos et ~~et~~ Ostalungos, ut vocant, qui sunt Lubecenses Hamburgi, alique Germanici Oceani accolae, inducia in annis 12 factae sunt apud Hasniam Danica metropolim Meyerus contra contra hos omnes populos durum nunc bellum gerimus.

Nihil videtur magnificentius in templo C^o Antwerpiae fornice lapides in medio dicti templi assurgente et dividente obisium id est Chorum a reliquo edificio cui gemina imposta erant altaria quod meridiana spectat 1^o. Alterum ad Aquilonem prospiciens 2^o Martini ad dictum. Ulterius impoite reliqua et dedicatum hoc anno 5 Septembris per 18^{um} S. Petrum de Andros S. Th. Doctorem Ordinis Fratrum Minorum D. G. Episcopus Dorensem vices agentem in Pontificalibus 12^{um} in Christo P^{re}s Principis Joannis a Burgundia eodem gratia Episcopi Cameracensis Opus plane regia magnificentia theatrale quomodo spectaculo in templo medio conspicuum Hispanicae pietatis antiquum trophaum

Isabella Princeps
nra Domini Antuerp
multa beneficia
conculit: sicut et
aliis Domibus Ordinis

quod Isabella Lusitaniae Regis serenissima filia statuerat, aliaque eius recessit
et Arnoldus Helmout Prior Antuerpiae, imo marmore ⁱⁿ sculpsit murosque
impacta aeternum testata esse potuissent. Si fatalis huius C^{ae} non intercessisset
calanitas. Nonnumquam volumus facere mentionem quia aliis etiam Domibus et maxime
huic Domui in principio sue foundationis in Schent beneficit ac Ordini
summe addicta et devota fuit.

Audiamus quid in melius reformatum fuerit ex intimatione ordinationis
anni elapsi. Propter maiorem reverentiam cultus patriae sacro Christi Corpore
exhibendam et devotionem utriusque Status Secularium Domus nras
Visitantium conservandam atque augendam, et scandalum jam oblitum
agnos nonnullas utriusque Status personas cedendum ordinamus
quod in Communione Monachorum et Conversorum Ordinis nri
non stantes ut dicitur Statutum, sed flexis genibus usque in finem
dictae Communionis perseveremus.

Tricenarium
pro cunctis fidelibus
defunctis in carta
primo loco ponendum

Quia Charitas quanto plus diffunditur prius respectibus plus augetur
ordinamus quod officium tricenarii pro omnibus animabus detentis
in Burgatoriis modernis temporibus in ultimo loco cartae ordinationis
in primo ordine Beneficiorum spiritualium dictae cartae modo
preferatur.

Severissime reprehenduntur officiales, qui in itinere constituti expensam
a cassa distrahebant.

Fredericus Imperator
excipitur honorifice
a Philippo Bono

Anno 1442 Fredericus Austrius Imperator postquam abquis grana
Coronam argenteam fuerat redemptus, per Burgundiam in Austriam tendens
a Philippo Bono Reventione variis lictibus generibus excipitur, magnisque
muneribus ornatur, cedens omni iure, quod Imperii nomine in
Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam et Flandiam habebat: Coronari
autem a Papa propter schisma, quod erat ^{inter} Eugenium et Felicem

die distulit, tandem a Nicolao I Coronatus fuit.
Atolphousus Aragonus Neapolim capite pulso Renato Ardeyevant
qui in Gallias ad suos rediit.

Provincia Castellae

In Carta hujus anni 1442 de Institutione Provinciae Castellae in
Ordine nro sic scriptum reperiri: Quoniam divina favente cla-
mentia Serenissimus Rex Castellae et Legionis illustris de
novo erexit unam domum Ordinis nri in suis regalibus
palatiis de Mira Flores prope egregiam Civitatem de Burgos
Et illustrissima Sna Regina Castellae Consortis sua aliam
etiam domum novam in loco de Avieigo erexit et fundavit;
et alias erant in suo regno aliae nri Ordinis domus fundatae.
Ideo propter honorem et reverentiam tanti Regis, Ordinamus
ut de novo Provinciae in regno statuimus et creamus, quae
perpetuis temporibus Provincia Castellae in toto Ordine nro
nominetur.

Nunc more suscepto quid in Capto gener ordinatum fuit respicimus
quod tamen historiam, vel veram mutationem maxime spectat videtur.

Benefactorum
secundo loco
admittendum
in Carta Capli

Ordinationem praeterit: anni, quae sic incipit: quum caritas
quanto plus diffunditur etc. Confirmamus adficientes ob maiorem
caritatem merito diffusorem quod beneficium breccuarum,
Defunctorum tam benefactorum Capituli generalis quam habentium
participationem Ordinis in penultimo loco carta ordinatum,
in secundo ordine beneficiorum spiritualium circa principium
dictae Carta admodum admittatur.

Quomodo
Confitendum sit

Super verbo Statuti Cap. 11 2^{ae} partis Statutorum antiquorum
dicendum quod prostratus debent ac toto capite quilibet
quando confitatur. Ordinamus quod non prostratus sed genuibus
flexis

procurando super formam annuo confiteatur, cum ita sit ^{modus} ~~in~~ Ecclesie
 sancte Dei magis conformis et a personis Ordinis, que varia interdum
 praticuntur impedimenta honestius praticabatur. Quia Sacer Ordo na
 priscis temporibus heremiticus, raroque utens missa, et Dono Dei in
 sacras propugnas Status monasterii modernis temporibus Diffusius dila
 tatus, Ordinamus quod Priores et Procuratores ceterique Domorum
 Ordinis nri Rectores ac Monachorum Vicarii qui ratione suarum
 negotiorum suarum Domorum habeant tam infra quam extra terminos
 laborare de Magnatibus et aliis Curialibus sepe presentare, quod
 propter Decentiam Status et Ordinis Clericalis semel in hebdomada
 et Monachi Claustralia prout alias ordinatum fuit, de quindena
 in quindena suam valeant facere rasuram.

Rasura frequentior
 imperatur
 2 p. Stat. cap. 11. n. 5

ordinatio prolixa facta est pro Visitatoribus ne in potestate sibi dele
 gata excedant aut Monachos pugnent sive contra suos Priores insolere
 cere permittant.

Uova compilatio Statutorum iudicta an vero in effectum deducta
 sibi, non invenio. Nonendum tamen fuit sequenti anno quod
 hae compilatio Statutorum non in derogationem priorum, aut
 contemptum eorumdem aut Ordinis alterationem sed pro bono
 Communi et supplementum dicti Ordinis multa et varia ^{hinc} ~~hinc~~
 inde sententiarum quiete et pace exercitio dicti Ordinis innovato
 et si ad in quantum expedire fuerit concepta fuerit. Scilicet un
 antiqua et nova Statuta simul compilantur et quid... actum
 sit, ut dici ignoro. Nam tertio vocatur, Compilatio Statutorum
 quae facta est sub S. Francisco de Sales. Anno 1509.

Domus Vallis
 virtutum in Scotia

Domus Vallis Virtutum in Scotia ad instantiam Vicarii et conventus
 dictae Domus a Provincia Picardie remotioris eximimus a Provincia

sub speciali cura
R^{do} Patris
constituitur
Quia professi
in Ordine Cisterciensi
non poterant habere
obedientiam in Ordine
nro sine dispensa-
tione Capli generalis
proh^u expresse habetur
in l^{ta} compilatione
Statutorum Cap^o 4

Geberendi incorporamus et sub speciali cura R^{do} Patris Cartusie ponimus
Et dicta domus orabat pastore per mortem D. Adami proficimus in
Priorem L. Laurentium Henton monachum professum, dicta domus
non obstante defectu quod presbiter in Ordine Cisterciensi fuit professus
super quo defectu sensum disputamus. Unde colligimus ab antiquo tempore
fuisse dubitatum an religio alterius religionis translata ad nostrum Ordinem
valeant officia ibidem promoveri, et propterea forte Ludolphus Saxo qui fuerat
Ordinis Prædicatorum, et in Ordine nro prope Prior C^o Confluentium petiit
a dicto officio absolvi ad ledendum scrupulum conscientie sue ut loquantur
antiqua monumenta. Et quia vidi nostris temporibus hanc questionem
moveri, quamvis multa exempla proponantur huiusmodi ad officia
promoveri, opere pretium duxi Declarationem Ill^{l^{mo}} Cardinalium
Sacri Concilii Tridentini interpretum adficere. (Super l^{ta} XIV de reform.
Cap^o 11 de uno ad alium Ordinem translato.) Omnes eaque religionis legi-
time translata ad Cartusianos possunt in eadem Cartusiana religione
in claustris Priorum et extra Claustrum Procuratores esse.

Et Henricus de Piro
Prior Cisterciensis

Hoc anno procebat domus Diestensis D. Henricus de Piro professor D^o Colonia;
juris utriusque Doctor, ob cuius viri memoriam, et ut patet quid fuerit
status domus Diestensis subieci Capiam epistolaram quas scripsit
R^{do} Patri: una cum aliis de Conventualibus petens ut apud et supra
annuum vicium sibi fieri. Reverendissimo Dominico Priori Cartusie
ceterisque Venerabilibus in Christo Patribus, Capitulum generale
representantibus fr^{at} Henricus Vocatus Prior domus S. Joannis Baptistæ
prope Diest — et omnium subiectionem. Cum pridem ad Prioratum
domus prope Diest vocatus fuisset compulsus obedire. Ad quod
tamen officium nequaquam valeo tunc propter meos crebras corporales
infirmities ob quas anno preterito a domo Westphalia absolutus fui,

tam propter imperfectionem animi et mentis, quibus tanquam imperitus cotidie
 magis magisque consternor. Quapropter humillimam instantiam prelo ad os dero
 me indignum ab hoc officio absolvi, mihi que inq[ui]to misericordiam fieri,
 quod si denegatur extunc obedientiam Caplo generali pro me et pro domo mea
 Status P. Viestensis promitto. - Status autem domus - Comus in edificiis plurimis est
 imperfecta, ~~atq[ue]~~ ^{nec} levi sumptu perficienda. In exterioribus plus aliis laboriosa
 et sumptuosa. Habens XV monachos, duos novitios et me. Item unum
 Conversum, duos redditos laicos et tres donatos cum mercenariis aliis.
 Equos quatuor, vacas quinque, vitulos VII, cum nullis seu francie
 provisionibus pecuniarum et aliorum. In redditibus et pensionibus
 et emolumentis annuatim circiter mille florenos Venenses (nisi
 male legerim, quod vereor.) Plus alii tenentur sibi quam domus aliis.
 In cujus rei testimonium, hanc cartam una cum infra scriptis subscriptis
 et sigillo conventus sigillavi. Anno 1442 circa principium septembris.

Lucemburgensis
 Ducatus Philippi
 Principis ditacionibus
 accedit

ANNO 1443 Elisabetha Joannis Gorbientis Ducis filia, Antonii
 Burgundi Brabantie Ducis relicta atque Lucemburgensis Ducatus
 Principis maximis ferens animo quod subditos in officio contumere
 nullo modo prohet quin apud summis passim afficeretur injuriis
 Philippo Principi nepoti suo Lucemburgensem Ducatum cedidit hac
 conditione ditacionem ab hostibus securam redderet sibi que quoad diu
 viveret decies mille nummos numeraret. Dictum factum. et in agro
 Saxonie Ducem Lucemburgensium malo utpote quo contumaciae pena gravi subsecuta
 sit. hanc locum. Hoc possum testari me vidisse ruinas unius oppidul-
 dicti Chavancy ubi fuerat habitari, ut jam non sit ^{nisi} pagus cum
 antiquissimo castro quod adhuc injuriis istius belli et subsequen-
 tium evasit.

Contra Guilielmum
 Saxonie Ducem

Cum Eugenius Papa senis consideret Nicolaus Albergatus Cart.

Nicolai Albergati Ep^{us} Bononiensis et S. R. Eccl. S^{enioris} Crucis Cardinalis graviter
 Cardinalis Ordinis n^{ostri}
 ex hac vita felice
 emigratio
 Annus vite 68
 Conversionis 30
 Episcopatus 27
 Cardinalatus 17

tentare calculo, ^{coactit} quocum per aliquod dies patientia magis et
 virtute quam remissione doloris aut spe aliqua vita hactenus est
 quam libenter se cum meliore atque optabiliore commutaturum
 esse dicebat et quancumque gravissimo et extremo morbo affectus
 pati tamen non poterat ut quicquam sibi de solita Certusie observantia
 mutaretur (Et ut habet Chronicon Capelle) in extremis existens non
 potuit induci ab Eugenio papa (qui illum voce diligebat, et nocte
 saepe solus invisitabat) ut Carnes concederet, unde sanctus reputatur
 Sic ibi. Quamvis alia multa sint quae illum de sanctitate com
 mendant, sed quando quidam vita ipsius a viribus celeberrimis
 doctoribus conscripta lucem aspexerit hic non haerebo: morbi
 gravitate (nam et intima ardentissima febris accesserat) ac doloris
 pertinacia victus VII Idus Maias, anno aetatis suae sexagesimo octavo
 immortalis Deo Spiritum reddidit, rite omnibus sacramentis
 Ecclesiae quae idem tempore petat ante expiratus.

Incredibile dicta est quanto more, quibus lacrymis atque suspiriis
 haec Nicolai mors Pontificem, Patrem et Urbem omnem populumque
 compleverit. Nam et splendorem et decus Ecclesiae (dicamus et
 Ordinis n^{ostri}) illum concordia omnes et consona voce indicabant,
 et predicare non desistebant. Haec enim ex Ordine n^{ostro} ad tantum
 culmen honoris nullus pervenerat. Unde merito in culmine
 arboris ^{suave} ~~ferace~~ ^{arborum} et filiorum S. Patris transivit residet non
 minus purpura quam meritis gloriosus.

Sepultus est 13. Nicolai in Certusia Florentina in qua olim officium
 Prioris ^{officium} administrabat, atque in ea hoc qualecumque obitum est
 in eis: Sepulchrum omne laude dignissimi et Reverendissimi Patris

Epitaphium

Nicolaï tituli S. Crucis in Hierusalem presbyteri Cardinalis. Hic natus
Bononiæ, primum in Priori Cartusiansi, postea prope Bononiensi
Episcopus: tum a Martino Pontifice, Cardinalis designatus: post plurimas
susceptas legationes, ^{penis} diem suum obiit ætatis suæ anno sexagesimo
octavo. Vir piissimus, mitissimusque, vitæ integritate singularique, virtute
omnium Testimonio comprobatus.

Memorabile autem illud quod paucis post mortem diebus idem Thoma Sergea
nensi familiari suo obitum suum impatienter ferenti, ac flatu lacryarumque
prosequenti in somnis se obtulit ac dolorem omittere, et sine cura ipsum dargere
possit: nam proclare secum Christi beneficis agi, illum vero nisi Pontificatum
maximum adepturum.

Gerardus Schedamius Prior Sylve S. Martini
monitur
Proclarum quoque lumen amisit nra Provincia hoc anno & scilicet Gerardum
Schedam Priorem Sylve S. Martini, qui dudum Prior fuerat Leodiæ et Hollandiæ,
fuit, inquit, brithemius vis in divinis scripturis longo studio exercitatus et eruditus
ingenio mitis, et dulcis eloquio non minus conversatione quam scientiâ venerandus.
De ipsius scriptis Consule Bibliothecam Cartusianam - Rothium.

et fundatrix
Domus Assumptionis
S. Mariæ in Monte
Gravid
Hoc præter anno defuncta est Ill^{ma} Bna Comitissa Harild prima fundatrix
Montis Gravid quæ in septima Domus in regno Angliæ.

Hæc ordinatio a Capto generali emanavit, quæ pro ceteris memoria digna videtur.

Vide 1 part Stat
Cap 24 n 1 et 2
Cum observantia peregrina proscripsi ritus Ordinis in mutatione nullatenus debent
tolerari, conjuncter consuetudinem aliquarum Domorum, quæ Monacho in extremis
laboranti. Convertus ad cellam suam vadit, et sibi legatibati abus clui recommenda
tionem sic communiter dictam consulte revocamus, et talia conventualiter
anno do fieri prohibemus, quæ si dicta recommendatio diligenter pensatur
prolius ad statum laicalem quam monasticum dignoscitur pertinere.

Gerardus de Gyro absoluitur
ab officio Prioratus domus S. Martini
Per hoc Capitulum Gerardus de Gyro professor Colonie absolutus fuit
ab officio Prioratus domus S. Martini et institutus Prior S. Ulbrachonis de

non videtur redidisse, quare eque loco Visitatores Rectorem posuerunt de
Henricum Joannem Heeswick qui postea fuit Prior usque ad annum 1450.
De. autem Henricus de Gyro promotus fuit ad Prioratum d' Leodiensis.
Littere confirmationis ad Priorem noviter electum loco supradicti d' Henrici
quas non forma communi, sed novis conceptis verbis exaravit Pater
Visitator. Venerabili in Christo Patri Dño Henrico de Orsoy Procuratori et
Monacho domus Geldrie ordinis Carthusiensis prope Strubhem.

Littere confirma-
tionis ad Successorem

Mos fratres Theodoricus et Jocus domorum J Catharine juxta Antuerpianam
et Vallis Regalis prope Gandavum ejusdem ordinis Prior et salutem in
eo que est vera salus omnium. Cum juxta Apostoli Vocem qui bene
presunt digni duplici honore sunt: scilicet gratia in presenti, et gloria
in futuro. Videtur hoc quam maxime religioso gratiam et gloriam cumu-
lare qui non solum seipsam, sed etiam alios secum studeat et ipse
salvare presertim quando ad hoc per divinam ordinationem et subditorum
voluntariam electionem pro ceteris omnibus fuit sublimatus. Ideo
Venerabili Patri Henrico de Gyro secundum ordinationem Capli generalis
ad suam magnam instantiam ab officio Prioratus d' J Joannis Baptist
in Rechem prope Diest absolute. Nobis que confirmatione futuri
Prioris, si electio canonica foret, commissa, atque in eadem domo
pro electione facienda existentibus Vicariis et Conventibus omnibus
qua ad agenda videtur opportuna rite secundum formam juris
et Statutorum nostrorum presactis in veram venerandam ^{assa} personam
personam suam vota dirigentes nos per viam scrutinii in suum
Priorem et Patrem spirituales concorditer omnes et canonicelopersant
se nobis ibidem presentibusque ipsam electionem confirmari cum
instantia petierunt. Hinc est quod nos attendentes sufficientiam ^{man}
et plurima dona quibus, largiente Deo, polletis confidentes quod

in eisdem ad culmen altius ascendentes, praemissam electionem sic de vobis factam,
 auctoritate Dei et Ordinis nri qua fungimur in hac parte postquam consensit
 confirmamus. Venerabilem Patrem & Priorem Vrum secundum nri tenorem
 statutorum monemus quatenus vobis in virtute & obedientie districte praecipiamus
 ut consentatis electioni praedictae.

Et nos nihilominus, vobis eadem districte praecipimus vcl rigore
 ejusdem Statuti. Mandantes quatenus omni dilacione et frustratoria
 excusatione remotis, ad dicta domus regimen gubernandum vos viriliter accin-
 gatis vestram personam visis presentibus citiori modo quo poteritis persona-
 liter exhibentes atque ita ex hinc vobis et gregi invigilantes quod veri
 Pastoris nomen mereamini possidere. Nosque id audientes maximo laetari
 possimus et gregi ipse sub vro regimine spirituales valeat militiam
 coram Deo virtutum salubriter exercere. Bene nos valere semper optamus
 et in vestris ^{devotis} orationibus nostrorum saepius reminisci. Datum anno Dni
 MCCCCXLIIII (1443) ipso die Sanctorum Joannis et Pauli Martyrum sub sigillo
 rum nostrorum appositione in testimonium veritatis.

In festis
 mobilibus
 habemus nos
 conformare
 Diocesi

Anno 1444 Biffinitores in Capitulo generali ordinaverunt ut in festis
 mobilibus Diocesis nos habeamus conformare: Cum iniquum, super
 ordinatione Septuagesimae istius anni in diversis mundi partibus
 notabiliter utriusque facultatis Doctores Cathedralium Ecclesiarum atque
 Diocesium fuerit praesentis, ordinamus quod si in futurum aliud
 simile contigerit domus Ordinis cum Ordinariis Prelatis, in quorum
 Diocibus sunt sitae, propter scandalum vitandum se habeant conformare.
 Quod etiam R. P. Bruno d'Offhaigner respondit esse faciendum in
 simili re.

Luna divinisimum sacrae Eucharistiae ac misericordiam sacramentum

In die Cane
majus altare est
solemniter ab
parandum

propter suam in mensa dignitatis, celebritudinem non potest condigna
reverentia venerari, Ideo ad ipsius ampliore reverentiam ad augendam
ordinamus ut in die Cane Dominice per totam missam altare
magis solemniter sit paratum.

Clades Varnensis
in qua octoginta
millia utriusque
cecidimus
in Hoenam forte
quia Ladislaus Rex
Polonia a morte
Impr Alberti Austri
occupaverat regnum
Hungaria cum
illi superesset filius
Ladislaus qui post
hanc cladem anno
abatis 14 recipitur
Rex Hungaria anno
-tente Joanne
14 unniade

Hic est annus clavis Varnensis Christiano populo luctuosissime in proelio
apud Hadronopolim commissa. Solo cui Verna nomen ab Amurathen
pater Mahumetis II Turcarum Rege aliquot Christianorum millia
coesa: in his Ladislaus Hungariae Rex capite ab hostibus truncatus
et Julianus Cesarianus S. R. E. Cardinalis in fuga ab Hungaris
latrunculis necatus. Joannes Huniades Dux fortissimus cum
millibus aliquot Hungarorum et Waslachorum evasit. Hinc cum
Sylvium lege et Paulum forium.

Papa ad instantionem Imperatoris Constantinopolitani miserat in Hungarias
Julianum Cardinalem qui suscitaret Hungaros ad inferendum bellum
Turcis atque disprenderet in Sacramento sui iurjurando quo recenter
promiserant ei pacem. Sed Deus ostendit etiam inimicis servandam
fidem. Joannes Huniades sicut ante rem fortiter gerebat atque
Turcas cohibebat. Sed Quilici Hungari glorie eius invidantes se
ex regem precipitarunt dum voluerant et ipsi Turcas invadere.

Hoc anno Gulielmus Salanus nobilissimus in Aduaticis Equestri
Ordinis, Heros Hollandiae, Flandiae atque Frieslandae praeficitur.

S. Bernardinus pius Ordinis Franciscani Reformator notione Turcus ad
Boninum migrat, anno 1450. Divis ad lectus a Nicolo V
Pontifice Maximo.

Dux Mantuae
et fundator ejusdem
Cartusiae moritur

Hoc anno 14 Sept. Obiit Joannes Franciscus Dux Mantuae qui
anno 1407 proesse cepit et edificavit Cartusiam prope dictam civitatem.

Domus inferior
Cartusie Combusta

Hoc Anno 1444 in festo S. Andree domus inferior Cartusie combusta fuit et
 patet ex ordinatione Capituli generalis anni sequentis que sic habet: Nos Diffinitores
 Capituli generalis ex corde Dolentes significamus omnibus personis Ordinis nri
 illa que propriis oculis vidimus, domum scilicet inferiorem dⁱ Cartusie primam
 et principalem Matris Ordinis nri casuali incendio fore vastatam die scilicet
 S. Andree anni effluxi in qua erant mansiones et officina cum certis
 et non paucis communibus pro toto Ordine provisionibus. Ea propter
 hortamus omnes et singulos Priores Ordinis nri cum conventibus suis
 quatenus de facultatibus domorum suarum quantum poterunt ^{secundum} Im-
 gratiam eis a B^{no} inspiratam succurratur predictae Matri nre pro sua
 necessaria et in favorem boni communis peribili instauracione com-
 mittentes singulis Visitatoribus Ordinis ut per seipsum vel alterum ipsorum
 sive per Priores Ordinis ad prefatum negotium promovendum idoneos
 per ipsos Visitatores deputandos ad eum Probatos, Reges, Principes ceteros
 que Honorabiles Brugenses ac cives, nec non Devotos Ordinis nri personas
 inducentes eos que et rationaliter propter Deum et in tutela pietatis
 subveniant servis Dei et pauperibus Jesu Christi, procul a quemadmodum
 eis inspirare dignabitur nri Clementia Redemptoris.

Dux Borbonius et Comes de Richemont sepius in cartis commora-
 morati sunt sedisse ad instauracionem prefate domus pingues elemosinas.
 Anno 1445 Gandavi comitia ab urbe Valleris septimum celebrantur
 in quibus quum hactenus ea feris S. Andree sacris habita fuissent
 statutum est ut deinceps non nisi secunda Maii cogerentur, nec tricenno
 frequentius. Creati non Equites inter quos Franco Borsaliensis
 Austriacensis Comes viduus Jacobus Bavarie comitis de Hollandia
 qui postea fundavit Cartusiam Delfheuzem.

Initium Capelle
et Monasterii
ter Schucht
Ordinis Cartusien-
sis et Scopus
inra Descriptionis

In quodam loco nuncupato ten Schuchte extra muros Bruxellam
et infra libertatem ejusdem oppidi ac in parochia S Petri
Anderlectensis sito, extitit quaedam amoena viridis et fava
planties figurae triangularis contigua vel publicae; in qua
nihil seminari consuevit aut plantari, ex eo quod ad istam
plantiam conveniebant termini seu limites diversarum
hereditatum circumjacentium.

Quidam autem Petrus de Ascha Agricola et pastor ovium
aetatis circiter 60 annorum in vicinis scilicet in Mortenbeka
habitans. Vir justus et bonus, simplex et timoratus, circa
annum Dni MCCCCXLIII in dicto loco triangulari pro derelicto
habito et tanquam limitario a nemine possesso quandam tiliam
et duas spinosas arbores plantavit itinerantibus commodas,
ut sub frondibus earum viatores refrigerium tantum a calore solis
quam etiam laboris invenirent ac ex itinere fatigata membra
recrearent. Verum enim vero velut sapiens Achimedes cum pedem
prostrasset extra circumjacentes hereditates, eas movit et transtulit
ad unum Dominum, tum enim Dominus nra de Gratia ut patet ex
libro Reddituum.

Origo Donus Gratia

Hunc dedit Ascha ducem: bello qui signa ferebat }
hic tamen occubuit: numerosasque turba virorum }
Anno 1445 }
dux belli de quo agitur in
principio vocabatur cognomine
Ascha

Effigiem: Marii simplex homo quem tulit Ascha }
In spatio hęc prosuit: unde orta salus animarum }
Ficus et Opilis qui effigiem
Marii prosuit in loco ubi
alter cum suis ceciderat.

Post duos vel tres annos circa hunc annum 1445 considerans idem Petrus

Omnis sanctimonid praecipuum exemplar B. Petrus Adoumes Burgien-
 sium Burgimaster ex praclara Bucum Generensium prosapia exortus
 sequella christiana Elisabetha Praderix uxore sua et constructa (Bruzis)
 Hierusalem, relicto omnibus suavi Christi jugo se subdidit factur ibidem
 Clericus redditus hoc anno 1445; obiit 1464.

In Charta hujus anni 1445 sic habetur: Novam plantationem prope
 Schincken in nova Marchia Provinciae Saxoniae dono Dei erectam ob
 devotionem et reverentiam per magnifici Principis et Dni Conradii
 de Herlichusen Magistri Generalis Ordinis B. Mariae V. Theutonici
 et V^o Walseri Kercorf Capitanei in ^{Schincken} ~~Thorschen~~ Schincken Ordinis ejusdem
 quorum contemplatione et ~~ob~~ zelo ferventi honeste presmoti domum
 pacis Dei appellamus et per totum Ordinem nostrum de cetero appellare
 volumus ad firmam tant. Principis et V^o Capitanei praedictorum
 Nobis super hoc exhibitam debita petitionis instantiam in nomine
 Patris et Filii et Sp^{is} sancti nro Ordini incorporamus. Obiit D. Conradus
 7 Novembri Anno 1449.

Anno 1446, in Capto generali sequentia memorabile digna ordinata
 noscuntur Significationem Demonstrativam, oculis que propriis
 subjectam super casuali incendio domus C^{ae} inferioris cum celebratione
 communis et committique singulis Visitationibus Ordinis anno praeterito
 operatum quod sic incipit: Nos Diffinitores Capli quibus et Confer
 manus adicientes cum gratiarum actionibus de factis et
 procuratis, quod in futurum dicti Visitatores et Priors Ordinis
 praefati cum suis conventualibus per amplius circa restorationem
 dicti incendi perseverent manus suas ad voluntaria ^{beneficiorum} subsidiorum
 subsidia praerigendo adhibere. Nam multa quae in dicta domo

Subsidium
 praeterit pro
 restoratione
 Cartusae

Combusta subsidere debebantur consilio Magistrorum expertorum oportebit in totum destrui et ex consultis a fundamentis incipere et futuris contingentibus super periculo ignis prospere obviare.

Admonitis
sapius inculcata
et saluberrima
pro officialibus
ex qua patet
quam laudabilem
antiquorum
vestigiis insistere
Pater Generalis

Reflicentes mentem antiquorum Patrum quorum memoria in aevum non debetur tam in Stat^{is} nostris quam in diversis chartis nri Capituli generalis expressum Re^l Ordinis celebratam elaboratam super instabilitate nonnullorum Presidentium et Procuratorum qui de facili et levibus de causis domos suas dimittunt, Curias Dominorum frequentant nundinis fere omnibus seu foris more secularium intersunt litigiis voluntariis meant et causas forensibus se immergunt. In gratias suis vel collaris nimiam moram trahunt, graves expensas ibidem faciunt et raro in domibus suis resident. Sed totum vicariis suis dimittunt. Iterato utiliter sentientes cum Augustino Ordinem quod illa negotia quae per conversos vel Donatus vel Famulum aut liberos fieri possunt aut debeant: dicti Presidentes et Procuratores in persona propria amodo non exerceant, sed cum Monachis a quibus assumpti sunt remaneant per regulares observantias in continuo convictu se eisdem confirmant, divina cum eis obsequia die noctaque frequentant, sciendo quod primo querendo que Dei et Ordinis sunt cetera eis accommodata divino munere adficiantur tam ipsi quam domus ipsorum conservabuntur, et semper augmentabuntur et per contrarium quod absit ad nihilum reducuntur. Infringentes Prioribus Visitatoribus Provinciarum quatenus circa praemissa uti sunt ordinata sinceriter invigilent quod a personis praefatis diligentem observentur, aliter transgressores taliter puniendo quod cedat omnibus in exemplum. Priori S^{an}ctae Vallis Regalis prope Gandarum non fit m^{en}ti. Et seriose hortamur et monemus Conventualibus dictae domus, quatenus

Capitulum male informatum de conventu Gandensi

Prioris sui absentibus pro factis domorum Provincie et Ordinis sepius impeditis patienter et sine murmure sustineant ne Ordo habeat aliter providere. Verum Caplum anni sequentis per Priorem dictae domus melius informatum super scriptis in Carta hujus anni commendat tranquillitatem conventualium ejusdem domus.

Obitus Mariae Regine Castellae quae fundavit domum de Aniago.

Hoc anno 1446 XV Martii obiit serenissima Regina S^{ca} Maria Regina Castellae et Legionis fundatrix Dⁿⁱ P^{ri}or. Mariae de Aniago ad Durum fluvium haud longe a Cordesilla urbe Hispaniarum domus Montis S^{an}cti Joannis Baptistae in Hassia quam Landgravius

domus montis S^{an}cti Joannis Baptistae in Hassia ordini accedit.

Hassiae in ditioe sua anno 1448. construi curavit de qua in Cartusiae Erfordiensis chronico, haec reperitur: Sub octavo Priore Erfordiensis B. Joanne Rotlas Nimbürgensi quoddam Monasterium Monialium in Hassia prodigaliter vivendo interitui prae propinquum erat, unde cum pro facto Priore id dono oblatum esset, ita magis industria et parcimonia tantum effecit ut rebus omnibus amaffinis compositis pristino splendore restitueretur, Cartusianusque instituto accommodaretur.

Hoc vero anno 1446 Ordini in corporata entid hec verba in carta contentis: Novam plantationem in Hassia Provincie Abennae inferioris ob reverentiam et singularem devotionem Illustris Vni Landgravi: Hassiae ejusdem fundatoris sub nomine S^{an}cti Joannis Bapt. Ordini nro incorporamus et proficiamus ibidem in Priorem Le Bielmanum de Magdesuch professum, Dⁿⁱ Erfordiae, et Joannes de Werkelheim ^{alias} ibidem Nector monach in eadem officium Procuratoris ad nutum Ordinis exerendo.

Obitus de
Bartholomaei
Prioris Carthusiae
Remondanae -
sanctitate et doctrina
celebris

Bartholomaeus Prior Nuremundenus et Visitator Provinciae Rhemondanae atque
S. Gh. Doctor prope diuturna vitae eius exercitia, tandem ab his tenebris migravit
ad aeternae vitae claritatem Coloniae in Cartusia anno presentis 1446 quarto
iduum Julii. Is fuit breviter ad Mosam oriundus, tantae humilitatis ut
aliquoties pedes ad maiorem Cartusiam iter remotissimum confect. De quo
insigni viro qui eruditionis virtutisque testimonia desiderat, consulat
Brithoniam, Postium, Tutorium, Colandum.

Obiit praeterea hoc anno Petrus Juliaccensis professor d. Bruzie Joseph
Memmingen, Sueviae oppidum, scripsit quaedam. Vide Cart. Biblioth. p. 137

Nicolaus Bobentinus
Canonizatur.

Nicolaus Bobentinus Picenus Ordinis Eremitarum S. Augustini,
ab Eugenio IV inter divos refertur. Unde Groverb 28 dicitur: Melior est
pauper ambulans in simplicitate quam dives in gravibus itineribus.

Anno 1447 Eugenius IV Papa obiit 7 kalendas Martii. Vacat
Sedes dies octo. Pontifex conspecto ^{tommo} ~~tommo~~ uno operum Dionysii Cartu-
siani qui Pontificatus ipsius tempore, scriptis incumbere ceperat,
dixisse fertur: Laetetur sancta Mater Ecclesia quae talem filium habet.
Successit Eugenio Thomas Lucanus Cardinalis tituli S. Iuzanne
dictus Nicolaus V. hic creatus pridie non. Martii, coronatus 18
cal Aprilis sedit annis 8. De quo scribit Platina in vitis Pontificum
Luit autem qui scribant Thomam Pisis natum, Lucce educatum,
Bononiae litteras et bonas artes didicisse maxime vero Philosophiam
et Theologiam, ad patris beneficentiam sanctissimi viri Nicolai Albergati
Cardinalis S. Crucis adolescentis ingenio delectati. Hanc ob rem in
Pontificatu hominis de se bene meriti nomen sumpsit. Cum vero
Magistri nomen in gymnasio consecutus esset accuratissimis disputationibus
probatus Cardinalem S. Crucis secutus, ^{familia} tanti viri oeconomicus factus

Nicolaus V
Alumnus Nicolai
Albergati a quo
etiam
nomen desumpsit

in numero scriptorum Penitentiarii prius refertur, deinceps Subdiaconus, Pontificium adoptiv. bene agendo, vitam que sine invidia et simulatione ducendo magna mente concepit. Sic ille.

Obitus B. Coleta

Gantavi sexta alias 4 Martii: Veneranda et famosa religiosa soror Coleta generalis Abbatissa novarum Plantationum Devotarum religiosarum S. Clare Ordinis S. Francisci (sunt verba cartae) fragilem hanc vitam cum aeterna commutat.

Item Gosvini Comar Episcopi Ordinis nri

Gosvius Comar professor Cartusie Distentis ac postmodum Episcopus Schalotensis in Dania obiit in majori Cartusia 20 Julii Scripsit super Oratione Dominica. Consule Bibliothecam Cartusianam

nec non fundatrix Vallis profunde

Item mortuus hoc anno 24 Decembris Ill. Domina Dona Philippa de Monte acuto Comitissa Roigniaci (aut Pigniaci) fundatrix Vallis profunde, foete de genere fundatorum et precipua benefactrix, quia ex ordine Domorum hoc antiquior apparet.

Super restauratione domus inferioris Cartusie Diffinitores affectibus quibus possunt omnes Visitatores et Fratres et Conventus domorum Ordinis nri in Christi visceribus exhortantur, ut quod pie et laudabiliter incepserunt usque ad perfectum continuare velint cum res ipsa sine facultatibus universi Ordinis sit R^{do} Patri nro Cartusie (ut claresperemus)

Annus 1448

Comuncula constructa supra Imaginem 13 Virginum in Sebuet

impossibilis. Postquam ^{ad} aliquod tempus imago 13 Virginum stetit in trunco, ut est predictum. Patris ^{de} Abscha cum suis adiutoribus quandam parvulam Domunculam super quatuor stipites ligneos sine parietibus cum ~~testo~~ ^{de} super latericio in qua pauci possint residere apud imaginem construxerit, in qua etiam ^{sapius} missae postmodum celebratae fuerint. Istis autem sic perfectis cepit devotio cum Patri dicta

Visiones Petri de Abscha et devotio

quam multorum aliorum ad praefatam imaginem augeri cointentus

quod idem Petrus saepe ter in die ex sincera sua devotione ad eandem imaginem
 veniens ipsam visitaret et orationes et vota sua eidem solveret summe desiderans
 quod in futurum eidem proset Ecclesia in honore Dei Genitricis Mariae fabricari
 et divinum officium celebrari. Eam quidem Ecclesiam cum duabus turribus
 tam in visione quam ^{etiam} clara die cum lumine se vidisse professus est.

Circa hunc annum ¹⁴⁴⁷ sicut putatur accidit ut Ogidius ^{OTJ}
 insidens aequo cum altero pro seposito transitum faceret ante dictam imaginem,
 sic ut praefertur in Domuncula collocatus et videns rotas ante imaginem positas
 diceret assidenti sibi in aequo capiamus has rotas, quid habet opus imago Beate
 Virginis de istis rotis? His dictis cum vellet eas expere, antequam id perficere
 posset, ecce subito cecidit aequus cui insedebat in terram et ipse cum socio suo.
 Quo viso recognovit ipse Ogidius malum esse propositum suum et dissiplere

Rotas imagini
 Beatae Virginis
 Volenti auferre
 quid contigerit?

Gandenses rebellant

Anno 1448 Philippus Burgundus Transbambid Dux, Flandria Comes etc
 vectigal salis omni populo conatus est imponere, sed quo minus obtineret
 Gandenses obstiterunt. Sic quandoque subditi rebellando ^{lib} Principum
 conatibus obstant, nam cum Bucee Rhodum insulam anno superiore
 oppugnarent, Equitibus Rhodii Philippus Dux triremes tres egregie armatas
 subsidio miserat, quibus et aliis Christianorum Principum auxiliis territe
 Bucee obsidionem soluerant.

Philippus Dux
 Mediolanensis
 moritur Anno 1447
 Joannes Galeaces
 primus Dux
 Mediolani et
 praecipuus fundator
 Carthusiae Tapsiensis

Illustrissimus Princeps et Dux Dns Philippus Maria Dux Mediolani, Joannis
 Galeati filius (vide Miraeum in Chronico Belgio) fundator D^e S^{an}ctae Mariae de Gratia
 prope Capuan (ut habet charta hujus anni) 23 Junii anni precedentis evasis excessid.
 Ejus filiam naturalem Blancam nomine Franciscus Sportia hoc anno
 uxorem duxit et Mediolanum occupavit.
 Hoc anno 1448 Ellypt Adolphus d Dux Clivia qui habuit Mariam

Tororem Philippi Ducis Burgundie in uxorem, fundator Cartusie
Wesaliensis morti concedit.

Hoc anno 1448 Goremii in profecto S. Augustini Henricus Kook extractus fuit
e flammis
per S. Barbaram eius patrocinium implorabat, ut Ecclesia Sacramenta reciperet
ante mortem.

A Caplo gener. hujus anni hoc devotissima processit Ordinis: Cum aliis
plura (ut dignissimum est) de Vereratione Excellentissimi Sacramenti altaris
fuerunt in Carta Capli Ordinata, modo eidem pie devotionis affectu
superaddentes, Ordinem ut per totas octavas Sacri Corporis Christi sub voce
Symbonidum ad Vesperas, videlicet, tantum ergo veneremur cernui, et
ad laudes. Salutaris hostie que Celi portis ostium, tam in Ecclesia
quam extra ubi fuerimus Veniam super formam accipiamus.

Quia domus Dei instauratio domus Cartusie inferioris Combusta quam
diligenter visitavimus plusquam presumptum fuit dictum prosperatur
et adiutorium Ordinis nri sub eius fide R^{dux} Pater Cartusie videt
ab inspecto minoratur, Ordinem seriose quod Visitatores Provinciarum
Ordinis nri: sint magis solliciti ad habendum virtute propria a domibus
suarum Provinciarum subsidium ⁱⁿ formativum pro sublevatione
tristitia dicti R^{dux} Patris nri C^{ae} et dicta restorationis prosecutione
aliis (quod dictus R^{dux} Pater C^{ae} nolle) Caplum gener habeat aliter
providere.

7 Octobris obiit in Christo Pater Dnus Theodericus ^{patris} ~~berlin~~ Petrus Donato
Episcopus Paduanus qui in vita sua disposuit fundare unam domum
Ordinis nri prope civitatem Paduanam quae dono Dei ineffabiliter
sortietur effectum. Vide annum 1451

Subsidium pro
Cartusia continuatur.

Fundator Cartusie
Paduana moritur
hoc anno vel precedenti

Obitus & Theodoricus
Berlinus
primi Visitatoris
Provincie nostrae a sua
separatione

Anno 1449 Januarii obiit vobis Pater & Theodoricus Berlinus alias Haslem Prior
Antuerpiae Visitator Provincie nostrae Principalis. Vir multum reputatus ob bene visus
in Ordine oratoria (ut habet Kalendarium domus Ulbageris) Praefuit 38 annis Provincie
nequam habuit subsequentes tanti temporis.

Proximo Capitulo institutus principalis Visitator & Jacobus Ruls professor et Prior
de Gandensis, Convitator & Henricus Lven professor et Prior de Caspelle.

Schisma tollitur

Hoc anno 1449 Benedictus Sabaudus qui et Felix Papa Calendis Maii amore pacis
et unionis cessit omni iure suo quod habere potuit in summo sacerdotio. Deinde
Monasterium Hierosolymense misericorditer restauravit, ibique sepultus in pace requiescit.
Eodem anno magister de motus in Flandria & 3 Aprilis facti s

Ordo B. Francisci
reformatus
in Belgio

Beatus Bernardinus Franciscani Ordinis reformator in Catalo gentium
a Nicolao Pontifice refertur. Cum studiomaropoli, Lunkerkel aliisque Flandriae
locis coepere ad ejusmodi reformationem varia reparari curanda.

Hoc anno 1449 in die Ascensionis Domini, ut Hermannus Adorleucht retulit cum
quidam ex ter nocte ad locum Schuel venisset, et quaedam pulchra forma Beatae
Virginis oblata ibidem perspexisset (ut ~~sciret~~) eorum pulchritudine affectus auferre
tentavit, sed ut praedictis de rosis, ita isti de pomis accidit. Nam antequam quod
progruere perficere potuit se ad terram prostratum invenit, et ipse culpam recognoscens
veniam petiit et B. Virginem in eodem loco devotissimam ⁱⁿ magna devotione habuit.
Cujus rei fama statim undique percrebuit.

Poma B. Virginis
in Schuel
oblata volenti
auferre
quid evenerit

Claritas quaedam
apparuit juxta
imaginem nrae
Dnae de Gratia

Eodem anno in nocte solentatis Pontecostes ^(dictam) juxta imaginem apparuit multis
quaedam mirabilis claritas supercaelestis, quae cooperante Spiritu Sancto corda vidantium
et audientium in mirabilem et inspiratam accendit devotionem ad dictam imaginem
^{et vota et oblationes offerendas in tantum quod numerus visitantium}
visitandam ipsam illa die et infra octavas ejusdem, numerum decem millium
excedere per quos haec nova peregrinatio et visitatio ad notitiam longe et prope
distantiam in brevi ^{produ}ducta est.

Beata Virgo vult
in Schuech honorari
et Dna gratiae
appellari

Congregationes tres celebratae in refectorio Carmelitarum ad inquirendam
veritatem de miraculis B. Virginis in Schuech alias proposuerunt
Episcopus Cameracensis Joannes de Burgundia domunculam
destruere et imaginem processionaliter deferre ad Matricem Ecclesiam
S. Petri in Anderlecht. Quaedam mulier ibidem a deputatis perata
et examinata asseruit quod in supra dicta nocte Pentecostes circa
auroram in quadam visione apparuit ei semi dormienti ante
lectum suum una pulchra Domina velut Regina in camera
sua ambulans dicens ei: Tu mulier die populo Brusselensi
quod in Schuech volo honorari et Domina de Gratia appellari.
Luo audito mulier perturbata exurgit et praefata Dna
evanuit. Quae mulier per juramentum constantem affirmavit
se similem visionem tribus sequentibus noctibus continens
semi dormiendo habuisse.

Magister Dullaech praedicta contigisse scribit anno sequenti qui
fuit jubilaeus sed apparet contrarium ex diplomate dato per
Ill. Rmum Joannem Archiepiscopum Rhemensem sequenti anno
ubi concedit indulgentias visitatoribus Capellam Dnae de Gratia
que ubique inchoata esse debuit. Tgitur malui insistere vestigiis
V. P. Marcelli ~~Vosch~~ ~~Vosch~~ secundi Prioris ejus domus in libro
fundationis qui scribit haec anno contigisse quo supra narraui.
Insuper ad praedicta visionis et nuncupationis confirmationem
quidam honorabilis curatus de Herbecke nrae Dnae de Gratia
Devotus per visionem (ut putatur) doctus custodi. Imaginis se
Hermanus de Anderlecht onus dedit ut quondam parvam tabulam

cum imagine B. Virginis faceret ^{fieri} ~~sub~~ (quam ipse solvit) et sub eadem scribi
 titulum nr̄a dn̄a de gratia in Schuch quae appensa fuit pro fabro domus
 Culb^{et} postea capella. Nec pretermittendum quod cum domus haec in Caplo guli
 apud majorem Cartusian Ordini esset incorporata, magna fuit hospitalis de
 eju^s intitulatione et quod diversi super eius nominatione diversi modo descripsissent
 eandem domus B. Mariae de Gratia; alii domus gloriosa Virginis de Gratia; alii
 domus B. nrae de Gratia, alii alio modo. Quasi Sancto Spiritu inspiratum et
 nra B. nra cooperante, Capitulum unanimiter ordinavit quod domus ista per
 totum ordinem nominaretur nra B. nra de Gratia juxta Bruxellas. Haec fusius
 quam oportet.

Successu temporis recepta jam peregrinantium oblatione copiosa exiit paulo post
 oriri dissensio inter Curatum parochiae ⁱⁿ Molebeke~~ka~~ et Curatum et Capitulum
 Ecclesiae S. Petri Anderlechtensis sub cuius parochia dictus locus de Schuch
 esse sitatus quod si contingeret ut forum ibidem quaererent vel si ut Lazarum
 viderent non discepto. Sed per predictos Curas Anderlechtenses potiorum fundamentorum
 et firmitate ostensione quam per Curam Molebecensem voluntariam ~~ita~~ ^{litis} desistentiam
 satis comprobatur certum predictum locum infra metas parochiae Anderlechtensis esse
 sitatum. De hac lite et soluta, exiit oriri dissensio super recollectione oblationum
 inter predictum Capitulum ex una et Magistros Ecclesiae ex altera quae quidem
 partes adeo se proe invicem per concursum impediverunt quod totius apostolorum
 ordinatio, receptio et dispositio in protestate S. Romanae et Senatus apud di
 Bruxellensis tanquam in sequestro permanerent; et predicti sua discordia
 pro majori oblationibus frustrati sunt. Verissima est haec sententia:
 Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. Scipio
 expugnata Humanitas rogavit byresium Brucensem qua de causa ex prius invicta

Jam capta et evicta esset? Respondit Gypsius: Concordia
victoriam, discordia certium prolebit. Jam castrorum translata
est ad parochiam Molencabenam cujus elemosinis pauperes
sustentantur. Atque ita crebrentibus signis maxima homi-
num frequentia locus iste colit, sed magis unum pro
ceteris dicam, quod a juratis testibus imo ab Isabella Brabantica
tum Ducissa auctoritatem et fidem habet: Videlicet quod
puella quadam casu subversa in aquis, cum parentes
pro ea votum B. Virgini nuncupasset, hostium vita reddita
fuit. Istud quoque quam stupendum fuit quod puer
suffocatus, ad vitam rediit. Hic energumenus quidam
a demone liberatus est; Cæci duo quorum alter cum esset
etiam claudus beneficio Virginis sanati sunt. Alia
mulier quodam non sine ingente vite sue periculo spiritum
deglutiverat ad invocationem ejusdem Virginis postquam bis
horas illum habuisset in gutture, subito eiecit absque
sensu illo doloris. Multi propterea qui infirmitatibus variis
detinebantur, usum officinæque corporis ^{hic} receperunt.

Sunt alia gravissima argumenta rerum gestarum que locum
istum et ^{divæ} ~~divæ~~ ^{divæ} Matris magnitudinem potentiamque commendant.
Hæc quondam Parthenia sive vocabantur, hæc erant logia
magne Matris, hic eorum molles flures, segetes letari, sive
ipse nescio quomodo de tanto ^u ~~u~~ ^u effusius gestire videbantur.
Hæc succincte ^{ur} Gerardus in Commentariis de fundatione ejus domus
quod cogitaveram ad longum describere, nisi quibusdam magis placuisse
simplicitas sermonis et consilium quod in initio hujus descriptionis posui.

Albertus Kinet
Cart. Scriptor moritur

Albertus Kinet Arnhemius Senior C^o Wesaliensis vir magna virtute
et fidei moreque innocenti scripsit reuendarium exemplorum. Obiit
hoc anno 17 Mai. Vide Bibliothecam Cart.

Capitulum gener.
laborat pro obtinendo
Jubilaeo.

Venuntiamus omnibus personis Ordinis nri quod Capitulum nrm
Generale intendit efficaciter laborare quatenus Sanctiss. G. N.
Nicolai V dignetur sua clementia solita, Indulgentias anni
jubilai proxime venturi dictis personis gratiose concedere,
sicut sui predecessores reverenda memoria digni praefatis
personis retroactis temporibus laudabiliter concesserunt.

Eoapropter oes nri ordinis personas in Dno exhortamus
Ut sint quieti, in bona praefati Capituli diligentia confidenter
memoriterque tenentes stabilitatem Sanctam quam Deo et Ordini
promiserunt.

Subsidium
Continuum pro
restauracione Cart
non tam imperio
quam preceperunt

Cum R^{mus} Pater noster Cartusid ^{exacta} ~~extrema~~ et solerti diligentia
circa instauracionem D^o inferioris combustae diebus invigilet
Sedque in proposito de presenti ^{ut} nihil a Domibus Ordinis exigatur
sed gratiose recipere quod a personis Ordinis ^{libenter offeretur} in Dno. exhor-
tamur Ea propter omnes Priores et Visitatores Ordinis in Dno
exhortamus quatenus praefato R^{mo} Patri nro compatiens aspiciam
suam intentionem contemplantes taliter in futuro se habeant pias
elemosynas erogando quod idem R^{mus} Pater praesumptius relevatus valeat
de gratia ipsorum merito consolari.

Laudatur & Joannes
Petri Belfhenis
professus Capelle

Hoc anno 1449 Obiit & Joannes Petri de Celys monachus prof. d. Capelle
quondam Vicarius nec non et Prior uno anno D^o Zixecod. hic fuit
notabilis Clericus ante ingressum Ordinis et multa contulit

116

1450

Domini isti tam in libris quam in aliis. In Religione valde
Devote et humiliter se habebat; et eodem die quo hic e vita
discessit receptus fuit ad osculum pacis L. Arnoldus
Kuerman, Sacerdos pariter Secularis. De quo postea
latius dicitur.

Filii fundatoris
S. Florentie
Abrevol. quandoque
legi
debit fore scribi
Accierol

In carta hujus anni obisse habentur nobiles et spectabiles
Dni Dni Benedictus et Laurentius filii magnifici
et potentis Dni Nicolai de Accierolis memoris recolende
fundatoris et dotatoris S. S. Laurentii prope Florentiam.

Anno 1450 Romae propter jubilaeum tanta compressio
populi fuit, ut se mutuo in magno numero suffocarent.
Non possum non subnectere copiam 13 ulla indulgentiarum
anni hujus jubildai Ordini nro Concessarum, quum
vidi alios monumentis Ordinis nri inseruisse et quum
Pontifex laudat Ordinem nram.

Jubilaeum
Nicolai V

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis
filiis Francisco Priori domus Cartusia ac universis
et singulis Prioribus, fratribus, Novitiis consistis et
conversis ejusdem Ordinis ubique commorantibus
Salutem et Apostolicam benedictionem. Laudibus
et honore dignissima Cartusienis vestra Religio ab
ipsius institutione felici per latitudinem orbis terrarum
diversitate Virtutum semper emicuit et suorum
claritate meritorum oculis Ecclesie sacrosanctae infulsit.

laudat
Ordinem Cartusien-
sem

Non miror ergo si vos efficaci amore in Christo diligimus et gratiarum
muneribus ac specialibus favoribus prosequimur. Atque est quod nos
non ignari quam sit vobis et aliis utriusque sexus personis ^{vestri} Ordinis
perniciosum extra claustra locorum vestrorum ^{exire ac cupientes} ~~exire~~ ^{consulere cupiente}
hoc sanctissimo anno jubilei animarum omnium vestrorum ^{saluti} ~~consulere~~
vestris in hac parte supplicationibus inclinati vobis nec non omnibus
et singulis personis utriusque sexus regularibus et religiosis Ordinis vestri
Ut confessor idoneus quem vos aut quilibet vestrum, et illorum
communiter vel divisim duxeritis seu duxerint eligere. Dum omnium
peccatorum vestrorum, eorum de quibus corde contriti et ore confessi
fueritis aut fuerint semel tantum in prefato jubileo anno plenissi-
mam videlicet ^{indulgentiam} ~~vobis~~ et aliis utriusque sexus personis hujusmodi
in sinceritate fidei et unitate Sanctae Romanae Ecclesiae ac
in obedientia et devotione nostra et successorum nostrorum Romanorum
Pontificum canonice intrantium persistentibus concedere valeat
auctoritate presentium indulgentiam, Sic tamen quod hoc anno
jubilei duntaxat Presbyteri xxx missas quas voluerint, continuas
vel interpolatis diebus, ac eisdem diebus xxx vicibus psalmos peni-
tentiales cum litanis ac orationibus consuetis. Clerici vero non
sacerdotes xxx vicibus totum officium mortuorum Vesperas, lx
lectiones cum laudibus, more Ordinis vestri, ac totidem vicibus
psalmos penitentiales cum litanis et orationibus predictis dicere
Attendantur, similiter dicant Moniales dicere scientes. Conversi et
Conversae, sive comitti et comitae ac etiam laici infirmi ac impotentes
tam masculi quam feminae xxx vicibus lx pater noster et ave Maria

Dicere debeant. Et omnes Religiosi prefati xxx vicibus altare
 vel altera quod vel quod habent infra clausura monasteriorum
 suorum sive conventuum cum aliquibus orationibus sive
 precibus devotis visitare teneantur. Predicti tamen infirmi
 vel impotentes dictam visitationem cum ceteris orationibus
 prefatis, si commode adimplere nequeunt, ^{secundum Confessionum} ~~secundum Confessionum~~
 iudicio stare debeant. Alioquin haec nostra concessio nullius
 tibi roboris vel momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc
 paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario
 contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indigna-
 tionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum
 eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum
 anno Incarnationis Dominicae (nisi sit mendum pro 1450) 1449
 12. Cal. Feb. Pontificatus nri anno tertio. Facta et collata
 de presenti copia cum proprio originali bullato die quinta
 Idai, anno MCCCCLX in domo majoris Cartusiae, sedente Capitulo
 generali ejusdem Ordinis, cum appositione sigilli ipsius de
 Cartusiae in testimonium praemissorum.

Revertor ad praecipuum nrae intentionis scopum qui est scribere
 de Doms Dominicae nostrae de Gratia.

Predictis igitur et aliis multis signis et prodigiis omnium
 ore divulgatis multa dona et oblationes auri et argenti, cerearum
 et aliarum rerum dictae Cuae nrae de Gratia per utriusque
 sexus homines oblatae et approbatae fuerunt ad ejusdem
 gloriam et honorem super quibus matura deliberatione
 habita visum est Dominis Romanis et Senatu Bruxellensi

Consilium
 Amani et Senatus
 Bruxellen. de
 Capella construenda
 in Schuch

quod honestum encl ut juribus et rationi congruum quod dicte oblationes jam date et in posterum appostandae ad Dei atque gloriose Virginis Mariæ honorem ut ad divini cultus augmentum in loco eodem deberent erigendi et converti et quod ad illum finem terra necessaria de eadem pecunia deberent comparari ut una & pulchra et notabilis capella in dicto loco construere et edificari possit. Quod Deo auxiliante factum est, et adhuc permanet monasterio quamvis e fundamentis everso.

Carolus filius
Philippi Ducis
Brabantie
primarium lapideum
Capella nra
Lona de gratia
posuit

Anno igitur 1450 omnibus necessariis ad dictum opus preparatis et habita prius a Bovesano et Duce Philippo et Capto ac parochia Anverlectensi licentia ut oportet, Metuendus Carolus de Charlois prout unicus heres et filius ejusdem Philippi, profesto Cathedra die Sabbati in jejuniis, primarium lapideum suis armis insignitum hujus capelle posuit. Et eodem die de consensu Episcopi Cameracensis primam Missam in parva Communica ibi stante, ut promissum est celebrari fecit.

Joannes
Archiepiscopus
Remensis
Innamram de
Gaska et largas
largitur indulgentias
Is fuit Joannes
juvenalis de Ursinis
Dni de Breisel
et Michaeli de
Vitry filius et
scriptor francie
Obiit 14 Julii 1473
Sepultus ante
magis altare
metropolitani

Post hoc in Aprili dum construeretur Capella venit huc in propria persona ad visitandum nram Conimam de Gratia et ad audiendum missam Joannes Archiepiscopus Remensis qui eorundem certis diebus per annum visitantibus dictam Capellam et ad ipsum edificium elemosynam tribuentis largas indulgentias ut patet ex subsequenti copia.

Joannes misericordie Divina Archiepiscopus et Dux Remensis
Jerimus per Francie ac sancte Sedis Apostolicæ legatus natus,
universis presentes litteras inspecturis salutem in xpo sempiternam.

Licet is, de cuius munere venit, ut tibi a Christi fidelibus
digne et laudabiliter seruiatur, et ad abundantia pietatis suae quae
merita supplicum excedit, et vota bene seruiantibus multo
maiora tribuat quam valeant promoveri. Nos tamen
nihilominus desiderantes reddere populum acceptabilem
proprio, ac fideles Christi ad complacendum ei quibusdam
illectivis muneribus Indulgentiis videlicet et remissionibus
invitamus ut reddantur eisdem Divinae gratia aptiores.
Cupientes igitur ut Capella ad honorem Gloriosae Virginis
Dei Genitricis Mariae in loco vulgariter dicto ten Schuch
extra muros oppidi Bruxellensis nostrae Provinciae ac Cambra-
ensis Diocesis noviter constructa magis assidue et quo
cultum Divinum congruis in posterum frequentetur honoribus
et eidem in suis officiis sibi necessariis una cum eorum
quae ad eundem cultum spectant largiri administratione
promptius succuratur. De omnipotentis Dei misericordia, gloriosaeque
Virginis Matris eius et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli
omniumque sanctorum meritis et intercessionibus Confessi
omnibus vere poenitentibus et Confessis dictam Capellam
Visitantibus et eidem manus porrigentibus adplices, in
Nativitate Domini nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniae,
Pascae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis,
Sanctissimi Sacramenti, Joannis Baptistae, Beatorum Petri et
Pauli, ceterorumque Apostolorum, atque Evangelistarum,
Beatae Mariae Magdalenae, Beati Laurentii Martyris,
Assumptionis et aliis singulis B. Mariae Virginis, Beatae Gertrudis

I. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, Beati Martini, Beatae Catharinae
atque b Nicolai festivitibus, ac earum octavis, quolibet diem predictorum ac
toties quoties uno eodemque die, dictam Capellam devotionis causa visitaverint
quadraginta de iunctis sibi penitentibus misericorditer relaxamus per presentes
Datum Brusellae sub sigillo nro Anno Domini. Millesimo quadringentesimo
quinquagesimo, mensis Aprilis die Decima sexta. *Ihesus* ^{sub signatum}
Q. Vide pro

Beatae Mariae
omnis Lauretanae
Celebritas
tempore huius subiecti

Quanta quoque lauretani templi celebritas, quantus cultus, quanta sanctorum
copia his temporibus fuerit Flavius Blondus historicus qui Eugenio IV
epistolis suis pulchre describit. Recandum inter ad Adriaticum mare paulum
a Mutione fluvio recedit celeberrimum totius Italiae, Et in aperto immunitoque
vico sacellum Gloriosae Virginis Mariae in Laureto appellatum. Quo in loco
Graecae supplicantium a Deo Genitricis suae intercessione exaudiri illud
maximum, certissimumque est argumentum, quod eorum qui votis emissis
exauditi fuerint ex auro, argento, cera, panis, veste linea, lanaeque
appensa denaria, magna luenda fructu, basilicamque omnes Graecae
conscientiae Episcopos Recanatusis in Dei Virginisque gloriam intacta
conservat. Fuit tamen haec domus ab anno 1294 huc delata.

Matria
Isabella Principis
maritus

Hoc anno 1450 sexto calendas Maii Brigis obiit Nicor Gondisalvi
ingenua matrona, Matria Illustrissima Principis nrae Isabella Lusitaniae
Sepulta est in eadem urbe apud Vestales S. Clarae.

Raso Groniensi Malenie Copurcha Antonio Crjacensi Herclam
justa Lovanium vendit. C. Linens lib. 1. c. 10. 13raub.

Qui ierunt
Roman
pro lucrando

^{Videamus}
~~Videamus~~ quid actum in Capitulo nro: Ordinamus inquit
diffinitores quod regressi Visitatores a Capitulo generali diligenter
se informent quae personae Ordinis in Provinciis eorum ierunt

122
non expectata
bulla puniuntur

pro indulgentiis anni jubilei consequendis, non expectata expressa
consultatione dicti Capituli, et quae motiva ad hoc faciendum habuerant
et in Capitulo referant. Et tunc ordinabitur prout saluti animarum
et bono totius Ordinis videbitur expedire. Et insuper quia contra
Dono Dei de indulgentia plenissima isto anno jubilei sanctissimi
Ordinis nro concessa si quod absit aliquod Ordinis personae in
futurum reperta fuerint Romam ire, volentes tanquam ingrati
indulto Apostolico recludantur.

Quia ut diximus anno 1441 Illustrissima Isabella Brabantia
Ducissa faciem. ~~vidi~~. cum altaribus duobus pulcherrimam
construxit curaverat in templo Cartusie Antuerpiense et alia
multa beneficia contulerat dicto Domini quod omnia
recessit S. Arnoldus Helinow Prior ejusdem loci, propterea
ne ingrati viderentur Religiosi petierunt licentiam a R^{do}
Patre et Capto generali se sese pariter ad quaedam beneficia
spiritualia obtinendi cujus concessionis basis est tenor:

Nos S. Franciscus (Maresme) humilis Prior Cartusie, ceterique
diffinitores Capli generalis Ordinis Cartusie auctoritate prefato
Capli approbamus et confirmamus universa et singula beneficia
spiritualia Ill^{ma} D^{nae} Isabellae filiae Excellentissimi Regis
Portugaliae ac Dei Gratia Ducissae Brabantiae etc per Priorem
et Conventum beatorum Catharinae prope Antuerpiam Ordinis nri
prefati causa rationabili sponte liberaliterque concessa cum
ceteris obligationibus in litteris quibus praesentis affiguntur ad
plenum concessis in cujus approbationis et confirmationis testi-
monium sigillum dⁱ Cartusie praesentibus duximus apponendum. Anno
a Nativitate Dni 1450. Sedente prefato Caplo nro generali.

123
Domus SS Rogationis
& Donatiani apud
Hanches in Britan-
nia Ordini nostro
incorporatur.

Hoc sanctissimo et celeberrimo publico anno Domus quae Nancotes Ordini nro incorporata
his verbis: Novam plantationem juxta Nancotes civitatem in Britannia contemplatione
Illustrissimorum Comitum videlicet Ducis Britanniae fundatoris ejusdem et Dni
Comites de Richemont Dni de Fartenay et Comestabularii Francie Ordini nro incorporamus
in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Eam fundacionem ob ipsam ipsorum
devotionem domum beatorum Martyrum Donatiani et Rogationis appellamus.
Illustrissimus autem Princeps et L. & Franciscus Dux Britanniae hoc eodem anno
indulgentia et gratia obit (Cui fallor) 18 Julii.

Mutatio
Officialium

L. Henricus Joannes Heeswyck Prior domus Ultrajectinae absolutus fuit a dicto
officio per Capitulum generale et institutus Procurator. Sed ut infra dicitur obiit prior
L. Joannes Vos Belpheusis profusus dictae domus Ultrajectinae ac Sudum Procurator
absolutus fuit a Prioratu domus Brugensis et institutus Prior in domo sua
professionis, loco praedicti L. Henrici. Perseveravit in eodem officio usque ad annum
1458. Fuerat autem hic L. Joannes Vos Ordinis ^{Lehentonicorum} ~~Lehentonicorum~~ et commendator
unius commendaturae Ordinis ejusdem et vel Procurator Schaffemaer in domo
Ultrajecti.

Guilielmus
naturalis filius
Comitis Hollandiae
& Hannoniae
Redditus Ordinis nri

Hoc anno vita defungitur nobilis Comes Guilielmus naturalis filius Illmi
Guillemi sexti Ducis Bravariae Comitum Hollandiae et Hannoniae qui Sudum
aperta uxore cum omnibus hujus mundi pompis factus fuerat Clericus Redditus
Ordinis nri in domo Brugensi. Notavi alicubi illum fuisse primum Schazg
Communis.

Oswaldus
Anglus scriptor
Ordinis

Oswaldus Anglus vir moribus et doctrina insignis omnique eruditione genere
sua aetate excellens. Scripsit (Fossevio teste) tum Meditationes solitarias tum
de remediis tentationum. Vixit at hoc anno 1450

Moritur Paulus
de Rivo
Notarius Curiae
Leodiensis

Hoc anno 1450 in vigilia S. Laurentii sepultus fuit in C^a Leodiensi Paulus de
Rivo qui nris eratis multoties servivit et benefecit ac post mortem quatuor

benefactorum
hujus Provinciae

domibus Ordinis nri hereditate reliquit, ^{ven.} ~~et~~ fratribus Dⁿⁱ Hollandie
Dⁿⁱ Abutuensis et Dⁿⁱ de Zeelen domui vno Ledienti domum tuam
cum omnibus mobilibus legavit. Unde habuit plerumque 580. *griff.*

Externa

ANNO 1451 quarto idus Martias Fortegarius Epus Abtbatensis
visis litteris Apostolicis Davidem de Burgundia in Brevis
Archeusis Sacello iuxta Audomaropolim Bonacensem creat
Epum adstantibus Bullensi et Gobelensi Episcopis.
Hoc pariter anno Fredericus 3 Imperator Romae in Basilica
Vaticana 19 Cal. April. a Nicolao V Papa coronatus est.

Jubilaeum Abbeclinii
Celebratur
Cum Concursu maximo
Provinciarum Belgii

Hoc anno ad instantiam Isabella Ducissa Nicolao V concessis
indulgentiam jubilei pro qua lucranda statio posita est
Abbeclinii ubi maximus concursus fuit harum provinciarum
Amurates II Turcarum Rex VIII Hadrianopoli moritur, succedit
Mahometus II Turcarum Rex IX et primus orientis Imperator.
Lediensis rogati a Gandensibus pro fœdere et auxilio respondunt
pacem cum Joanne Duce a majoribus suis factam nolle rumpere
eos que hortantur ut cum Philippo principe suo modestius
agant. Meyerus.

Nicolao V
fanctus Ordinis et
benefactor Dⁿⁱ Paduane

In Capitulo ordinata missa de Spiritu Sancto pro S. D. N. Nicolao
Papa V qui Ordini nro valde affectus: Cui sanctissimo Dno
nro affectibus quibus possumus ad pedes tue Sanctitatis genibus
provoluti humiliter regretiamur pro largitione plenae indulgentie
anno jubileo toti Ordini nro gratuita et valde pie concessa, et
pro donatione eujusdam monasterii prope Civitatem Paduanam,
ad opus foundationis Bonus Ordinis nri Beatorum Hieronymi
et Bernardi sua gratia noviter erecta.

125
Obitus Amadai
Eps'i Sabiniensis
qui quondam Felix
dictus in schismate
electus Papa

1451

Hoc anno 7 Januarii Lausane obiit & Amadeus quondam Rex Sabaudie
postea Eps'i Sabiniensis et in paterno dominio legatus vicarius que perpetuus
Aerilitus fundator D^e Getri Castri quia predecessor ipsius Amadeus VI Sabaudie
Comes eam fundavit. obiit 1388. (Nota quod ^{hoc} anno 1450 Auctor anonymus
Speculum Carthusianorum ^{se} absolvisse scribat).

Tricennarium
pro parentibus
personarum Ordinis
Ordinarum

Honoris et piis rationibus permoti, seriose ordinamus quod amodo in carta
Capli generalis ponatur beneficium tricennarii pro omnibus parentibus,
benefactoribus recommendatis prout et amicis omnium personarum
Ordinis nri singulis annis in quolibet domo Ordinis persolvendum
cum prima oratione inclina famulorum et famularum et ceteris, et
in Missa omnipotens qui vivimus.

Obierunt de
genere fundatorum
D^e Moutellii de
de Padula

In carta hujus anni obisse habetur Magnificus et potens & B^e Manffredus
de Colalto Comes de Gremio, fundator (forte successor) D^e Moutelli in Buscia
Item & Aymericus de S^e Severino Comes Caputaci (vel forte de Caputacio)
et successor fundationis Domus S^e Laurentii de Padula: sic etiam nobis retulit
Ill^{l^{mo}} Lucius de S^e Severino Archiepiscopus Salernitani, Nuntius Apostolicus
apud Ser^{mo} Principes Belgii progenitores suos Barones S^e Severini esse fundatos
Domus de Padula.

et de Caputaquensis

Casus lamen-
tabilis in adificatione
Capella in Schuete
qui hoc anno vel
sequenti accidit
secundum Conferen-
tiam locorum et
Auctorum ad
inven

Existimo casum lamentabilem quem tangit S^e Marcellus in libro fundationis
ad longum describit M^o Adrianus Ballaert hoc anno accidisse non procedo uti
ut predictus bates describit quia si anno 1450 (ut ipse in quodam loco asserit
incepta est) Capella non potuit intra tam paucos menses absolvi et ad locum
usque produci. Accidit, inquam quod dum dicta Capella Creatori Virginiis cum
sculis in tecto cooperiri deberet tres operarii tectores videlicet Pater, filius et
nepos et eorum vel presummi potest negligentiam aut indiscretam custodiam
aut forte maligno spiritui cooperante, aura clara, queta et serena existente

Desuper et simul, unoque momento de eodem tecto ceciderunt in
 terram die mercurii in profesto Ascensionis Dñi: quorum unus ut
 putat pater in ipso casu in terra subito mortuus inventus fuit:
 alter autem, ut putat filius tribus diebus sequentibus supervivens
 poenitentiam agens, sacramentis S. Matris Ecclesie fulctus diem
 suum clausit extremum. Tertius autem ut putat nepos supervivens
 mansit tamen mutilatus. De quo lamentabili casu nihil aliud
 possum dicere quam quod iudicia Dei sunt abstrusa multa.
 Multam tamen tribuit materiam Dño Dullaert et aliis super
 hoc philosophandi.

Circa hunc annum obiit egria Dña Dña Johanna de Balthunia
 Comitissa de Ligny et de Guise ex genere fundatoris Vallis S. Petri
 et magna benefactrix et reparatrix dictae Domus.

Anno 1452 Cruelia proelia inter Philippum Ducem de
 Gaudenses; in quibus nullus servatur redemptioni sed ad unum
 omnes necantur.

Erasmus de Witten inter illustres Germaniae Comites vere
 fuit illustris quippe multo gloriosius suam illustravit familiam
 quod ex primaria sedis Coloniensis Canonico pauperculus Cartu-
 sianus sit affectus, quam si mundano inhaerens fastui, seculo
 diutius servivisset. Vixit vero in Coloniensi Cartusia partim
 in cella, partim in Prioratus officio. Annos circiter sex et viginti
 obiitque non sine insigni ritel sanctionibus MCCCCII.

Joannes Andogavensis Remati et Isabella Lotharingae filius,
 defuncta matre, Ducatum adipiscitur. Is ex Mariae Caroli Borbonii
 Ducis filia Elisabetham, Renatum, Joannem et Nicolaum liberos sustulit.

Sustulit

†
 Fundator Vallis S. Petri
 B. Raynaldus comes
 de Rosoy Anno 1140

Erasmus de Witten
 de genere Comitum
 Prior Coloniensis
 moritur

Domus Paduana
Ordini nro incorpo-
ratur.

Eodem anno 1482 Domus Paduana Ordini nro incorporata est his verbis per Cyprianum
Novam plantationem juxta civitatem Paduanam condempnatione R^{di} in Christo Patris
& Petri Donato quondam Episcopi Paduani fundatoris ejusdem et R^{di} in Christo Patris
& Fantasia Bandulo Episcopi Paduani moderni magni fautoris et promotoris prefate
fundationis Ordini nro incorporamus etc.

Ordinatio domitus
proficua

Sequitur et hac ordinatio que merito his temporibus reverenda et inculcanda est.
Cupientes dispendiis domorum Ordinis quantum possumus Deo auctore procarere
seriose prohibemus ne pecunia ex venditione et alienatione reddituum seu bonorum
immobilium domorum Ordinis pro emendis redditibus recipiatur ad ^{annuos} visus annos
quam ad perpetuos redditus etc, sub pena contenta in Statutis.

Memorable
miraculum
factum per
Bnam nram de
Gratia quamvis
forte hoc anno
provisse non
contigerit

Quaedam matrona habitans in Blesembete excessive patiebatur de calculo, nec
valens a medicis aut aliis invenire remedium, audiens de virtutibus per
nram Bonicam de Gratia factis, ~~vidit~~ quod 14 diebus continue eam
personaliter visitaret pro remedio salutari ab ea obtinendo. Quod quoniam
quatuor aut quinque diebus continuasset super locum dictum den
Hoochoutere album lapidem emisit ad imaginem fere unius ovi qui
die ^{2^{da}} factus prehendit in reticulo, in capella, quo emisso ab omni dolore
se sensim liberabat. Ex quo signo plures diversa patientes experient
similia vota emittere, et novem diebus continue eundem locum visitare
aut circa locum remanere, et omni die suas oblationes offerre. Est
quia pro tunc paucis hospitalia ibidem erant constructa in tentoriis et
pulpilionibus ex diversis partibus ubi jacebant, quibus pie mentes et
qui sedebant ad appropinquatum ex oblati necessaria victus providebant
precipue pauperibus et indigentibus. Unde propter maximum concursu
peregrinorum plura ibidem hospitalia constructa fuerunt. Sed usque
ad ~~remum~~ jam omnia sunt deposita. Ex quo miraculo novem
numerus commendatur.

Circa hunc annum obiit R^{mus} L. D. Joannes de Haricouria primo
Epus Ambianensis postea Cornacensis et deinde Archiepiscopus
Harbonen fundavit et dotavit unam cellam in Domo Capelle
et anno 1450 assignavit agros et redditus pro fundatione unius
celle in Domo Cornacensis quia fuit magnus amicus Ordinis.

ANNO 1453 Constantinopolis orientalis Imperii caput
et sedes diebus quatuor et sexaginta omnibus operibus impug
nata 29 Maii a Mahumete Burcarum Rege Capitur; et
Constantino Palaeologo Imp. in pugna occiso,
Christianorum in oriente Imperium finitur. Onufrius
ad annum precedentem hoc refert: Sed pro nobis faciunt
Onufrius, Stencas Silvius, Lesclavius, Mariana; et
quod Caput est Franciscus Posterus Veneticarum Dux
in sua ad Fredericum epistola anno 1453 Julii 27. data,
qua expugnatam describit Constantinopolim 29 Maii proxime
lapsi. Est autem capta Pentecostes feria secunda. Et
violata fidei quam in Concilio Florentino Joannes Palaeologus
Imp. dederat, mercedem agnoscat. Ex eo tempore urbs illa
Burgici Imperii sedes fuit, fuit copios et uris malis clara.
Observatione dignum videtur Imperium Constantinopolita
num auspicio Constantini magni in oriente excitatum, in
altero Constantino defecisse: Sic et Romanum in Occidente
Imperium, quod Augusto Casari initia sua debebat in
Augusto est extitum.

In Portugallia nummi aurei recens percussis imperium probi

R^{mus} L. Joannes
de Haricouria
Archiepiscopus
Harbonensis

Constantinopolis
a Burgis Capta
29 Maii Caput Im
peratoris Paleologi
lancoae infirmum
Spectaculo fertur,
filii ante ora paren
tum occisi Viri
nobilitate conspicui
tanganam bestie
mactati Sacerdotes
lammati Monachi
excarnificati Sacer
Virgines incestu
polluta et occisa
Divina altaria
protrita
Secleratus
Mahomet manus
in sanguine
Christianorum
lavat

cruciati ex eo dicti, quod per haec tempora, Lusitanis Venia a Pontifice concessa est quicumque ^{cruce} insigniti adversus Christiani ^{min} hostes arma sumerent.

Legiscentibus a Philippo Burgundiae duce et Flandriae Comite Gandensibus anno 1453 ad concipiendas eundemque facis leges. His Burgundio ^{Piclinii} ~~Legibus~~ colloquium indulsit, eoque ~~Stampanum~~ ^{Stampanum} Comitens ^{mis} ~~convenere~~ ^{quo etiam} Gandavensium nomine Prior Carthusiae ac novendecim ^{ordinis viri} ~~ordinis viri~~ ^{convenere} quamquam nihil ^{ex} ~~ex~~ potuerit concessu ab Gandensibus Comite impetrare

Consideranti at profundius intuenti casum hujus urbis mirum fortasse videtur quare Deus illam semisariam urbem quondam Martyrum tradiderit sine spe vel agra admodum recuperandi in manus impiissimi hostis, vel quare passus sit occidere funditus orientale istud imperium! Ratio fatalis hujus excidii non est alia quam Hierosolymitani, quamvis diverso fonte, fax et flamma Utriusque sit accensa, communis et una fere fuit Utriusque ~~patio~~ ^{patio} nimirum contumelia Graecorum ut dixi in Quiritum Sanctum, Judaeorum in Filium. Quod si quis excersionis antiquae Romae dicat eandem quoque fuisse causam, videlicet contumeliam in Deum Patrem, non aberraverit fortassis a Verbo. Nam propter reliquias idololatriae, sub Theodosio clarissimum terrarum Caput truncatum est teste Hieronymo et Baronio qui etiam hoc boni Gothos attulisse dicit Urbi, quod Urbem deliberaverint a cultu et ornata simulachrorum, cum hoc nullus ante id tempus Christianorum Imperatorum officere potuisset: atque ita procedente Dei Patris vindicta in Urbem Romanam ob idololatriam, urbs illa quae posita videbatur in superbiis Detractionem seculorum Detracta est in terram; Similiter indignatione Filii procedente et Commune^{oe} contra Hierosolymitanam urbs illa procul Dei Delata est, et posita in Styren, et Sibilum.

Plusquam Iudaei
processum
Spiritus Sancti
negaverunt

Erant nonnenti
Presbyteri in templo
S. Sophiae qui
divinum officium
die ac nocte sine
ulla intermissione
peragebant.

Hae novissime denique urbs haec, Nova Roma dicta et antiqua Romae
semper annula propter superbiam, quae toties Spiritui Sancto fuit
rebellis, et lumini, zelante pro se Spiritu Sancto, Victoris arbitrio
tradita est. Ex merito in ipsas urbes et capita orbis terrarum
animadvertit Deus Trinitas, utpote quae fontes essent malorum
omnium, ex quibus vitia derivabantur in subditos populos.

Dedicata fuit olim haec urbs anno Christi 330 et 1453 capta
quae postquam in potestatem hostium venit, accepit statim
aliam legem. Templum ipsum quod ^{totius Graeciae spoliis et demutatione}
fuerat erectum et ornatum post primam excisionem quae sub Anastasio
Imp. bello plebeio inter Byzantinos exorto facta fuerat, hoc demum
anno capta urbs receptum ac profanatum titulum et nomen amisit.

Pars Constantinopolitanae civitatis templi quae devicti statim omnes
totius orbis Provincias pervagata est, ad eum primum nuntium
Europaeus orbis ingenuit. Incluta Germania tota contremuit, horruerunt
Reges et Principes, Filii Regum et Principum eorum,
quorum dissidiis factum est, ut duo maxima Imperia braxerentur
et Byzantinum, quatuor Regna, viginti Provincias, ducentas
urbes basea nobis advenit.

Joannes Heinsbergius Praesul Leodiensis braxerentibus bellum
minatur, sed mox Philippus Dux Brabantiae negotium componit.

Gandenses rogati a Rege Galliae de pace inserenda cum Principe suo
Philippo tergiversantur quod illum nova et injusta vectigalia
introducere velle dicebant.

Circa hunc annum obiit Egregius et Magnus Bonifacius
Marchio ~~et~~ ex fundatoribus domus Casularum.

Obitus B. Laurentii: Hoc anno 1453 6 idus Jan. in exilium patriam commigravit B. Laurentius
Gastinianus

131

1483

184

Capellam vellet consecrare. Pro illa ^{vice} ~~vice~~ noluit consentire, sed eandem consecrationem distulit donec et quousque desuper ematurus cum prudentibus deliberatus esset.

Post hoc paucis effluxis diebus, caput vulgus aliquantulum in pristinam devotionem ad nostram Dnam de Gratia Spiritu S^{to} Cooperante reductum mediante certis personis dicere et Dnos de Senatu Bruxellen avisare quod locus circa dictam Capellam esset valde aptus et idoneus pro uno monasterio, in qua avisatione et forma quidam ^{presente} ~~pro~~ M^o. Adriano Dullaerh oppidi Secretaris Senatum Bruxellen adiit rogans instantius ut predictam Capellam cum suis pertinentiis eidem Senatui sibi dare et assignare vellet. Sed denegata petitione amplius non est reversus.

Similiter etiam instantiam dicitur fecisse quidam Ordinarius Cisterciensis professor D^s de Woluis, civis Bruxellen. Predicta omnia et singula in mente revolvens et considerans M^o Adrianus Dullaerh ^{prodictus} ~~prodictus~~ quod ~~devotus locus non debeat a mysteriosis futurarum gratiarum~~ et sperandarum rerum mysterio predicta prodigia signa et prosperitates Capelle usque ad illum stolum in tam parvo temporis spatio deducta non fuerunt. Et specialiter attendens ad verbum decreti quo dicitur quod devotus locus non debeat a mysteriorum gratia ^{divi} ~~vacuus~~ ^{vacuus} permanere, sed quod populorum frequentia que arde et distans contingebat ibidem servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integram habere deberet probata firmata Religionis conventum. Attendens etiam quod dictus locus de Schuete esset campestris et satis longe ab oppido Bruxellensi distans, pro monasterio ^{Monialium}

132

impediret esse, nec profectus aliis monasteriis mendicantium qui in publicis incertum habent querere victum. Ascenderunt in cor meum recommendatæ vitæ probitas, morum honestas, excellens scientia ac antiqua honesta et scholastica Lovaniensis notitia venerabilis et constantis ac probatæ religionis viri Magistri Henrici de Loven in sacra theologia per rigorem examinis licentiati pro tunc Domus Cartusienensis Capelle de Horne extra Brugiam professi et Prioris.

Et potissimum quod illa Cartusienensis precebris vita que multos viros excellentes liberatos et beatos ac Sanctæ Sedis Apostolicæ ministros et Rectores ^{eruditissimos} ~~eruditissimos~~.

Et quod Ordo ille in Ecclesia militante propter ipsius constantiam et penitentiam ac regularis vite contemplativæ excellentiam specialiter extitit commendatus. Et quod Ordo ille Cartusien. in vicinis seu Districtu Bruxellen monasterium non haberet. Hæc omnia primitus detexit Cōs Amanus Bruxellensis tanquam Cōs et Patri suo predilecto quem scivit et cognovit suis era mente dictum ordinem Cartusiensem, et prospera dicti loci nræ Cōs de gratia cordialiter diligere. Cui hæc etiam in hæc verba respondit: Laudetur nunc ^{Deus} omnipotens ~~Deus~~, optinere ^{propositum} ~~propositum~~, nos eo et scio Ordinem Cartusiensem esse valde honestum et profectum isto loco, nec est Ordo quem prescriptum locum ^{quod diligere} ~~quod diligere~~ occupare præter illum.

Victus autem Amanus Dominus Joannes de ^{Angia} ~~Angia~~ alias de Nestergate magnum amorem genuit ad ordinem nostrum, et eo quod prædecessores sui aut de parentela sua fuerint ^{fundatores} ~~fundatores~~ fuerint Domus Cartusienensis in Herinis. Sicque proposito Magistri Adriani acquiri consulens, ut de Henricum Loven Priorem Capelle per litteras Bruxellam vocaret. Quo personaliter comparante habiti sunt diversis et repetitis vicibus sermones inter eum et Senm Amanum et quosdam amicos selege, qui tandem in hanc conclusionem convenerunt. Ut ipse Prior Capelle desuper

133

1453.

1454

loqueretur cum Magistro Jacobo Rubi Priore Cartusie Gandensis ac
 Provinciae Visitatore, locumque visitarent, an esset congruus
 monasterio edificando, cunctaque in proximo Capitulo R^o Patri
 et Diffinitoribus patefacere, sine quorum scientia, auctoritate
 et consensu in hac materia ulterius progredi non possent.
 Et presentem hoc tempore visitarent secunde predicti amici de modo
 forma et ordinatione fundationis futuri monasterii; et de
 annuis redditibus quibus septem fratres religionis sacerdotes, unus
 conversus, duo aut tres Donati rationabiliter sub observantia
 regule Cartusie ^{Vivere} Deo et B. Virgini servire possent.
 Hoc anno 1453 obiit B. Marianus in seculo dictus Nicolaus, patria
 Volaterranus qui ordinem nostrum ingressus est in Domo Florentie
 anno 1406, in qua Procuratorem eijt anno 1419. Post anno 1424 ordinatus
 fuit primus Prior Venetiarum, ac etiam Padua edidit insignem librum
 carmine heroico de Verbis Domini in Cruce pendentis. quem anno 1447
 dedicavit Petro Donato Episcopo Patavino, D^o ejusdem Paduae fundatori etc

+ Vide B: Biblioth. Cart.

Anno 1454 Philippus Princeps rebus Patrie compositis contra burcas
^{convocatis} moturus Artesie ordinibus centum viginti aureorum coronatorum mille
 stipendibus cunctis exposuit. Harum non amplius 56 (Meyer: 22) Ordines
 obtulerunt, hac tamen lege, ut nihil penderent, nisi in burcas profiscerentur
 Respondit Dux, nihil alias se velle. (Ex archivis Abbat. Lucius)

Magister Adrianus
 neglexit Ordinationem
 sibi commissam
 x mensibus

Quarundam Quatuor artium M. Adrianus commissionem scribendi modos
 et conventiones fundationis futuri monasterii in Schuetz acceptasse,
 tamen impediente diabolo et aliis causis lucrativis occurrentibus, spatio
 quasi decem mensium propeditus ^{penitus} neglexit. Tandem hoc anno 1454
 Dominica Reminiscere, tempore quadragesimali hac in animo

Exemplum penitendi

154
et negligentiam
recuperandi
sancto tempore
quadragesima

Respirando revolvens recognovit se graviter per hujusmodi negligentiam
Deum offendisse, sed ad cor rediens confitens et penitens Dei ac gloriosae
Matris invocatis auxiliis mox ac celeriter ad totius propositi ac ^{negotii} ~~regali~~ ^{regali}
ordinationem in solitudine rediens et rememorans ^{novit} ~~novit~~ ^{novit} Deo ac B. Virgini
se nullam aliam causam quantumcumque lucrativam accepturum aut
expediturum, nisi eadem ordinatione conscripta ~~et~~ ^{et} perfecta quod Deo auxiliante
primo et unico die perfecit. Luce visitata fuit per Ammanum et amicos
atque correcta, et per Mo. Adrianum eadem subsequenti nocte in mundo
redacta, lyreta omni Diaboli suggestione quae sibi et clerico gradanti ^{supervit} ~~supervit~~ ^{supervit}.

Altero die in hora Congregationis Senatus per eundem Mo.
Adrianum facta est in eodem senatu, humilis petitio, ut ipsi ^{Seni} ~~Seni~~ ^{Seni} de
lege praedictam ordinationem ad honorem Dei ac B. Mariae Virginis per
duos deputatos arisatam et conscriptam benigne audire et desuper deliberare
vellent, cui omnes consenserunt salvo uno qui suam causam ^{legi} ~~legi~~ ^{legi} coram
tunc pendentes decidi primo voluit. Praelecta igitur ordinatione dubitatum
fuit: an scilicet justum et honestum esset ac rationi consonum bona
septem fratrum Saccitorum ad usum foundationis novae plantationis Monasterii
Cartusensis in praedicto loco ^{Moni} ~~Moni~~ ^{Moni} de Gratia, applicare, et illa eisdem
fratribus Saccitorum auferre.

Dubitatio
quedam

^{praedictae} Praelectae autem dubitationi fuit incontinenti per os Mo. Petri de Obijmo
advocati oppidi responsum bona fratrum Saccitorum antiquitas originaliter
et primo fuisse instituta pro distributione elemosynarum pauperum
et peregrinorum transcurrentium, et per quosdam fratres S. Nicolai in Irenzella
eisdem peregrinantibus largita. Et illa postmodum successu temporis
per fratres Saccitorum ad suos proprios usus usurpata, et per Episcopum Came
recensem ordinatione oppidi sub conditione et spe reformationis fructum

Anno 1253

Hinc ex traditione
referunt Philippum
bonum dixisse optima-
tibus suis frequentius
Prædellas Venem,
si meos ibi Cartusianos
haberem. Ex hoc
suspendat lectur
quarum interit
Religiosis hominibus
Principes fautores
habere.

Contenit officiales
de peregrinis pauperibus
debitores esse.

Bona albarum
Dominarum respu-
entur a Cartusianis

Saccitorum pie commissa, quam cum non servarent neque alias condi-
tionis etiam Dei servitium et elemosinarum largitionem negligereut merca-
tis vacarent. Ideo non solum licuit uno ex Dei justitia debuerant
ad meliorem et sanctiorem utilitatem convertere. Atque ex speciali et
antiqua ordinatione potuerunt legistatores dicta bona conferre
in usum Cartusienicem maxime Summi Pontificis et Cameracensis
Antistitis consensu et auctoritate accedentibus et ad complacendum
Duci et Ducissæ qui multum Ordini Cartusienicæ afficiuntur et
in magna reverentia habent (qui fratres Cartusienos pro benefactoribus
illis qui bona Saccitorum reliquerunt (plusquam Sacciti fecerunt)
Ab eo toto oppido Deum Devotius et attentius die nocteque possunt
enotare, nec non etiam viatoribus et peregrinis pauperibus ad portam
ejusdem Monasterii juxta bonorum facultates elemosinas largiri.
Bona Saccitorum pro tunc valebant circa quatuor modios tritici
LXXXI modios Seliginis, XV modios avenæ....
Et quia bona dicta Saccitorum non sufficiebant intendebant amicus
addere bona Albarum Dominarum de Jherico ex quod minus
honeste regulariter que se gerebant. Sed quia dictæ Dominæ
approbata Religione S Victoris erant non consenserunt Priores Ordinis
turi quod propter Ordinem nostrum privarentur tunc hereditatibus
aut redditibus. Imo maluerunt esse contenti pro principio de bonis
Saccitorum sicut ob fuerunt.

Præscripta igitur ordinatio, ut præmittitur in Senatu admissa et conclusa
una cum aliis materiis in magno Concilio oppidi tunc temporis
ad numerum sexaginta personarum notabiliter congregato, publicata
fuit. Et quamvis aliqui ibi timerent a Simonio manducato

a de acquisitione bonorum et diciturum. Tandem tamen 22^o ^{Marisii} Maii post
 ante Pascha post meridiem prescripta ordinatio erectionis et foundationis cum
 gloria, gaudio et honore a b. Maria Virg in dicto loco exaltatione approbata
 conclusa et confirmata est.

Quae omnia sicut gesta fuerant, cum retulisset R^o Patri et ceteris
 diffinitoribus Capituli Generalis, Prior Gandensis sirescripserant
 legislatoribus Opjidi Bruxellensis.

Honorabilibus et magne circumspectionis Conis Conis Burginagistri
 et Rectoribus inclyti Opjidi Bruxellensis Conis suis et fautoribus proecipuis.

Post labilis huius viae et vite cursum vitare consequi sempiternam.

Honorabiles Coni relatione v^{obis} nri Prioris Gandavi ac scriptis v^{obis}
 fratris nri Prioris Capelle, didicimus quod qualiter pro divini cultus
 affecti augmento, Abbatissimus haud dubium id Parte in corda
 vestra unam novam domum Ordinis nri non longe a manibus
 per orbem terrarum famati Opjidi vestri in loco qui dicitur nra
 dno de Gratia construere et fundare geritis in affectu. Vos igitur
 in huiusmodi Sancto proposito vestro non immerito laetificati, vestras
 Commendationes rogamus, et in visceribus Coni nri Jesu Christi hortamur
 quatenus tam sanctum propositum, quod Deo inspirante, concepistis,
 ad Omnipotentis dei et celestis Curiae honorem et gloriam ac salutem
 animarum vestrarum ad finem debitum perducatis, eternam remun-
 rationem ab eo expectantes in caelis, cuius laudes amplificare
 quaeritis in terris. Sed et si quid pro executione tam sancti nri
 propositi per personas Ordinis nri cooperari poterimus, vobis voluntarios
 nos exhibemus et paratos, prout et Venerabilibus fratribus nostris
 Prioribus Capelle, Gandavi et Antwerpiae commissimus desuper loqui

et conferre vobiscum. Altissimus vos conserveat et dirigat feliciter
cunctis in agendis. Datum C^a Sedente Capitulo nro Generali
Vigesima prima mensis Maii anno MCCCCLIII. Vestri Devotiorator
J. Franciscus Prior majori C^a ac ceteri Diffinitores Capli Generali Ordinis ejusdem.

Injuncta est mita pro Principe et Dno. D. Duce Montance et
Marchione Ferrarid qui nobilissimam fundationem Ordinis nri incepit
erigere circa hoc tempus. Ordinamus quod amodo Probandarii
in Ordine nostro non recipiantur nisi in manibus Priorum
suorum, coram tota~~o~~ Conventu obedientiam promittant et se
correctioni Ordinis submittant.

Nos Diffinitores Capituli Generalis attendentes solertes diligentiam
et labores continuos et fere importabiles nri R^{di} Patris Cartusie
Circu conservationem Ordinis nri et prosperi Status dicti
Capituli Generalis; et alias Visitatis per nos Diligenter omnibus
retroactis Computationibus ad ipsum Capitulum et ad totum
Ordinem spectantibus repperimus statum prefati Capli pro
his omnibus necessitatibus non esse sufficienter fundatum.
Ea propter eum utilitas publica plene fere preferenda sibi
utilitati privatae, ordinamus Teriose quod qualibet domus
Ordinis amodo solvat quolibet anno, ad minus, unum Ducatum
pro subsidio dicti Capituli innatis. Quorum Ducatum Visitatores
a domibus suarum Provicariorum habeant recuperare et solli. cito
exigere et tempore Capli ad Cartusiam apportare, ut transmittant. Et ex
tunc visa experientia quomodo res se habeat, Ordo poterit statum ipsius Capli
utilius dirigere et conservare isto modo vel alio conservare. Hujus Ordinationis

Inchoatio Cartusie
Ferrarie

Probandarii qua
conditione recipiendi

Subsidium pro
Caplo Generali
propter et commendatum
diligentia R^{di} Patris

Henricus IV
Castelle Rex

Habemus Declaracionem anno sequenti
Joanni II. Castelle Regi successore filio eius, Henricus quartus. Scribitur qui sunt
fundatores Cartusie de Nova Flores.

Successio
Pontificum

ANNO 1455 Nicolaus V Papa obiit nono Calendas Aprilis cum sedisset annis septem diebus novemdecim, atque post dies quatuordecim successit Calixtus III, Valentinus Alphonsus de Borgia dictus Joannis filius nobili genere natus. Unus omnium qui suo tempore scientiam juris profeceretur eminentissimus, et qui consilium Alphonsi Regis, in quo multis annis praesederat illiusque artes et cautiones praeserebat. Inito Pontificatu animo ad delendam bucarum a legem et gentem convertit, et toto, quod vixit triennio multis eos cladibus afflicto.

Quo tempore
inceptum est
monasterium
aedificari
in Schuch

Feria secunda post octavas Pasche scilicet 14 Aprilis hujus anni 1455 inceptum est operari pro construendo monasterio fratibus Ordinis nri in Schuch quo Prior Casella f. Godfridum Conversum miserat. Et intendere operi faciendo, et quarenter primam regnam Dei inceperunt a domo Dei Casellam hanc aedificio prolongantes ex elemosinis fidelium et apportatu peregrinorum.

Obitus
Confundatoris
Partis Dei

In Carta hujus anni invenitur obiisse circa hoc tempus G. Joannes de Guerra confundator domus partis Dei: Et Dna Paroneta filia Joannis de Blonnay militis uxor eius.

Secreti Concilii
origo apud Belgas

Philippus Bonus Belgarum Princeps magno suorum commodo perpetuum instituit concilium cui Praesidem ac Procuratorem Praecipis (Generalem vocant) sedit, suamque semper senatores aulam sequi voluit, hac ratione subditorum lites per appellationem cognituris et quae alienius ferent momenti suo iudicio finiturus. Cum antea pugnis et atrocibus discordantibus inter se homines jus suum tutari essent soliti, inferiores vero a potentioribus semper opprimerentur. Senatus et Curia Parisiensis (Parlamentum Franci vocant) egerunt

Divisio

institutionem novi Concilii talem quod Flandriæ atque Artesii magno
 jurisperitorum Parisiensium quæstus in ejsus urbis Curia per appellationem
 litigare essent conducti. Verum Bonus in proposito persistit
 nec tamen cuiquam appellare ad Parisienses prohibuit, Secretarius
 hoc Concilium vocari voluit. Crescentibus successu temporis
 lictibus anno 1805 Philippus Austriacus in Hispaniam
 proficiscens hujus Concilii Levatores divisit, et fixam cuique
 parti sedem assignavit. Una Machliniæ (indito Concilii
 supremi nomine) Principis fuisse sedem figente ad quam
 e Provincialis ^{riis} ejsus Flandriæ, Artesii, Hollandiæ, Zelandiæ
 Frisiæ et Lemburgiæ appellatur: altera in urbe Bruxellensi permanente
 servato arcani Concilii nomine unicuique Præsides ac Procuratores
 attributo. Hæterum.

Declaratur Ordinatio
 facta anno præterito
 pro subsidio
 Capituli Generalis

Licet Josephus 2^{us} (Pars 19) Constituit Judices tunc in cunctis civitatibus
 Judaæ nuntius per singula loca se præcipiens iudicibus: Videte
 ai! quid facitis non enim hominis exercetis iudicium, sed
 Domini: et quomodo cumque iudicaveritis in vos redundabit etc
 De Concilio Belgico transiens ad Cartusiam in quo hæc Diffinitores
 interfuerunt: Declaramus quod ordinationem anno præterito factam super
 Ducato a quolibet domo Ordinis solvendo pro subsidio Capituli: innovatio non
 fuit nec est in presentiarum intentio Prioris Cartusie nec non
 Patrum Diffinitorum quod illa solutio Ducati habeat perpetuari, nec aliam
 per multum temporis durare, maxime si illa quæ Pater Cartusie qui
 concepit in favorem Capituli prout speratur venerint ad effectum. Ideo pro
 pace communi omnium et quiete, Nos Diffinitores una cum Patre C^o matricem
 istam salutem et intimamus omnibus Provinciis Ordinis nri quod res ipsa

modicum habet durare, et si antea occurreret melius in favorem ipsius Capli poterit dictus Ducatus in totum relevari. Et nos Definidores erimus valde gaudentes et prefatis Provinciais quam citius intimare.

Instantia de
consecranda
nova plantationis
Ecclesia

Post impetratum consensum Sni Cameraensis super rectione et fundatione nove plantationis monasterii Ordinis Cartusienſis loco saepe narrato, ipsum oppidum ^{suos} per ~~se~~ deputatas ultimus institit apud eundem, ut eandem capellam que nundum erat consecrata ac aliud edificium eidem annexum quod quotidia fiebat in quantum futuris fratribus erat necessarium consecrare vellet ^{per se} aut per alium altorius Diocesis # cui supplexa

Suffraganeus
Lodienſis
rogatus ad
consecrandum

titoni etiam gratiose annuit. Et per missivam rogavit Suffraganeum Lodienſem & Dionysium Hoffensem Episcopum ut nec epus in consecrando dictum locum supplexa vellet. Ead missiva scripta fuit hoc anno 1455 25 Augusti.

Non incongrue
igitur in predicto
festo Nativitatis
Celebratur Dedicatio
Sacelli novi
intra civitatis
muros

Igitur per dictum Episcopum in solemnitate B Virginis Mariae que in ^{hunc} mandum nota fuit 7^{bris} consecrata fuit Capella cum choro fratrum et parvo cimiterio presentibus Prioribus Cartusienſis Ordinis Bonis de lege et Caplo Auderbetensi quod cum Decano aliquam queremoniam et protestationem fecerunt retro altare super jure quod habebant in dicta Capella, qui verbis dulcibus et personis discretis intervenientibus placati, quod de his postea tractarent et concordarent, reversi sunt ipsi et ceteri alacres et laeti ad sua.

Conditiones
habentur in parti-
culari littera et
in libro fundationis
fol 14

Altera die a dictis tribus Prioribus in parte Ordinis Cartusienſis et ad usum epus, dicta Capella et locus cum sua fundatione accepti sunt et recepti ad constituendam novam domum dicti Ordinis ^{secundum} omnes conditiones per oppidum Bruellense prescriptas quod et S. Suffraganeo exiens ad iteris solvit.

Non abs re putari debet quoniam Suffraganei Lodienſis mentionem fecimus si de Epō etiam narrationem historiam prosequamur. Hoc eodem anno Joannes de Heysberde qui Episcopatum Lodienſem

suffraganeum, cum pro presenti proprium non haberet, permitteret consecrari,

1155

Episcopus Leodiuensis
Philippo Buci
reconciliatus
Ludovico Borbonio
Episcopatum
resignavit

prudenter et magnifice recessit annis circiter triginta sex. Nescio quo tactus
instinctu aut sponte vel coacte pertesus (ut aiēbat) curarum quas
in presulatu sustinebat resignavit et reprodavit in manus D. Ludovici
de Bourbon pro tunc Praepositi S. Donatiani Brugensis aetate pro
tunc annorum circiter octodocim qui studiorum gratia Lovanii
agebat. Presulatum suum admirantibus multis, cui tamen resignavit
summus Pontifex prima facie probere volebat assensum. Eandem
per medium Regis Aragoniae, ubi famabatur pro tunc residentem
apud Neapolim, approbavit quod factum fuerat. Ad dicit
Cardinalis Gicelominus Papientis quod cum eodem tempore
praecipuum Pontifici studium esset parandae classis in Curcas, Philip.
pro spondebat missurum se terra et mari grandia ad conceptam opus
subsidia. Credidit Saxes Culistas civitatisque tam populosa
administrationem juvare, credidit numerum Ecclesiarum omnino
inexperti, ostensans animum francorum jacturam emolumento
tanti boni pendari aequo animo posse.

Quidam anno sequenti dictum Praesulem Heynsbergi mortuum
et sepultum fuisse anno aetatis suae 59. Verum Zantfliet
fidelissimus et diligentissimus scriptor dicit obiisse dominum
1459 die octobris 18. Hic et heu! Episcopus quem (cum
pro eodem Dionysius Carl, post mutatas in festo S. Catharinae
Virginis, in cella vigilans, oraret) vidit a duobus terribis
gigantia formae Spiritibus ante se adductum et circa ventrem
et genitalia ejus immentum agmen serpentium et bufozum
qui miserum corrodabant. Fucral enim, in vita propter vanitates alias Episcopus indignus
in concupiscentiis familiarum virginum stuprator. Expressit vehementer in
sanctus, admirans aequitatem judiciorum Dei, et cogitans illud quod potentes
potenter tormenta patiuntur.

Philippus Princeps Lilla in S. Petri Sacello Virgini Matris nuncupato superbis
 nummum mauseolum Majoribus suis Ludovico et Margareta Flandriae
 atque Artesie Comitibus, Jacobo Bruxellensis episcopi curam elevari.
 Anno 1456 secunda Maii idem Philippus Princeps apud Hagam
 Comitum in Batavis ubi ager convocatus Velleris aurei Equitibus
 Comitum novum celebrat, in quibus de mortuorum partes suscepere
 Joannes Burgundus Comes Stangrensis, Antonius natus Burgundiae
 comes Rochensis in Ardenna Adolphus Clevisis Ravertini Regulus.
 Borbonius Praesul confirmatione a Pontifice obtenta ingreditur Lodivm
 mense Julis ipso die B. Margareta. Verum huic solemnitati neque Sux
 ipse Philippus neque filius eius Carolus praesens interest. Uterque
 enim tunc temporis in expeditione erat suscepta contra Darentricenses
 et Davidem Philippi filium Episcopum constituerent. Ultrajectinum
 cui civitates Brassulanae potissimum resistebant.

Introitus
 feria IV hebdo-
 mada sancta
 flexis genibus
 inchoandus

In Capitulo generali hoc celebris ordinatio facta est: Ordinamus ut
^{Cantore}
~~Cantore~~ Chori stante more solito et incipiente feria IV post festam
 Palmarum introitum missae qui die incipit: in nomine domini ^{omne} ~~omne~~ genu
 flectatur, omnes ^{super} formidabiles pecuniarum quousque predictae seu
 dictiones ejusdem introitus finitae sint sic manentes.

Indulgentia
 Calixti tertii

Item intimamus omnibus personis Ordinis nostri quod sanctissimus in
 Christo Pater et D. N. Calixtus Papa III erga totum Ordinem nostrum sui
 gratia charitatis affectu sincero permotus ex dono singulari et novo concessit
 omnibus personis Ordinis plenam Indulgentiam ad instar anni Jubilaei
 certis sub conditionibus motivis et respectibus prout et quemadmodum
 in litteris patentibus R^m in Christo et S. Ablani Cardinalis Avinionis
 vulgariter nuncupati desuper confectis et super annum R^{do} Patri Cartusiae

Duo noster exhibitis, et est talis. Alanus misericordie Divinae tituli.
 S. Praeedit Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Praebyter Cardinalis Avinionis
 vulgariter nuncupatus etc. Et nihilominus pro successu prospero
 profati S. D. N. Papae Calixti et suorum desideriorum ferre
 conservando, et in favorem Christianitatis per amplius adaugendo
 et pro felici triumpho universalis Ecclesiae Sanctae Dei citissime
 obtinendo contra istos Turcas pessimos Christianae fidei inimicos
 fiat in quolibet domo unum biceannarium de Spiritu Sancto
 cum penultima oratione omnipotens sempiterna, Deus, in cujus
 manu sunt omnia potestates in quolibet missa ipsius bicean-
 narii dicenda. Et nihilominus continetur praedicta oratio in
 omnibus missis de vivis conventualibus et privatim. Exhortantes
 Superinde omnes personas Ordinis et sinceris affectibus procurantes
 ut in suis peculiaribus et secretis orationibus et devotionibus
 maxime tempore nocturno contemplationi Dispositis habeant
 dictum S. D. N. Papam et statum militantis Ecclesiae propensius
 commemorat.

Preces contra Turcas

Contigit in festo
 M. Magdalenae
 Victoria de Turcis

Nec ipse sua frustratus est optimus Pontifex, nam hoc eodem anno
 VIII idus Augusti, in Pannonia Joanne Vaisoda Duce et adhortatore
 ad pugnam Joanne Capistrano Minorita circiter sexaginta
 millia Turcarum caesa Mahomete Tyranno saevio ac feroce
 salutem querente, ob eam victoriam festum Transfigurationis

Festum Transfigurationis
 institutum 6 Augusti
 quod aptior dies non vide-
 retur.

Quo instituit eodem die celebrandum. Idem Pontifex et quidem
 diei ecclesiasticum ordinavit officium, non tamen prout hoc
 ipsum quod jam habemus, quia aliud ^{antiquius} invenitur in quibusdam
 domibus Ordinis.

145
 Mahumedi
 postea respiciat
 postea Pius a
 quem potens
 si Deus Christia
 norum, ubi non
 semper potentiam
 suam ostendit

Obsidebat Mahometes Belgradum quod nunc Solliam vocant, cum exercitu
 150 000 hominum. Christianis qui intus erant, muros, turres et in venia fortiter
 defendentibus. Verum Turcis ad muros cum machinis audacter prosperantibus,
 nostri exhortatione Joannis Capistrani ordinis minorum de observantia (ut dictum
 est) Viri docti et religiosissimi ad pugnam pro christiana fide animati
 portas civitatis erumpunt. Joanne Cardinali Tiberiensi legato Apostolico
 Vexillum S. Crucis proferente, Turcos que ~~cum tanta~~ tam fortiter cum tanta
 audacia invadunt, cedunt, percutiunt, omnes que mox fugam convertunt,
 quod pro nimia festinatione multi eorum in flumine submersi fuerunt.

Joannes
 Bolhusem
 Cartusianus
 Gandensis alter
 hujus seculi
 Antonius

Joannes Bolhusem Cartusie Gandensis Vicarius omni virtute Clarus
 Cunctorum fratrum quibuscum visis testimoniis sanctus. Fuit austera
 vite et sicut durus sibi, ita et aliis affectu charitatis lenissimus estitit.
 In disciplina eruditus, in oratione assiduus, in contemplatione fervidus
 quem cum diabolus supplantare nequirit, frequenter ei varia objecit
 terribilia animalium, ubi presertim formam induens, cujus
 ille conatus omnes allicit ad Christum. Obiit hoc anno.

Aggrosabris
 et elemosyna
 minuuntur
 in Schiacti

Ex eo quod fama publica euevit in plateis quod oppidum Bruxellense
 predictum novam plantationem Ordinis Carb. fundavit et quod sic idem oppidum
 de sua pecunia publica ipsum monasterium velut Patronus faceret edificari
 (quod et verum et satis justum et congruum rationi videbatur) homines parant
 aut nihil conferre curabant cum tamen contrarium sperabatur per elemo
 syas et apportatum peregrinorum posse constitui et edificari monasterium.
 Etiam tunc temporis populus affectus fuit peste, fame, nec non bello.
 Igitur in senatu per amicos propositum fuit an predicta edificia jam
 incerta ruina dimitterentur subjacere, an ^{pecunia} de publica edificia perficerentur.

146

Oppidum Brussellense
contribuit in edifica-
tionem Monasterii
libro fundat. fol. 18

Nota calamum
scriba velociter scri-
bentis.

Et tandem consilium et conclusum est magis ad Dei et B. Virginis
 florem. Reuerentes de arario publico ad opus predicta ^{levis} ~~firmis~~
 structura dari et persolvi deberent et notantur fii homines quod altero
 die sequenti ejusdem anni et mensis scilicet 26 aprilis anni 1456 extitit
 ordinatum biceuarium de Spiritu Sancto pro benefactoribus dicte nove
 plantationis. Valde enim fuit nuntius, seu Spiritus illo qui corda Rectorum
 et Consiliorum oppidi Brussellensis ad hujusmodi pecunia per refectionem
 uno die et altero corda Patris C^o et Diffinitorum Capli ad compensationem
 et retributionem perlustravit ac promovit hinc verbis: Pro Rectoribus
Consiliariis oppidi Brussellensis et omnibus factoribus et operariis
gratis laborantibus et manuum adfutricem porrigentibus circa novam
plantationem, per dictos consiliarios et Rectores preconceptam et fixata
dictum oppidum de novo erigendam fiat in qualibet domo Ordinis
unum biceuarium de Spiritu Sancto, lego quidem in monumentis
 hujus domus hanc ordinationem factam hoc anno 1456 sed alibi
 in chartis notavi annum precedentem. Sed non audeo affirmare nisi quod
 utramque ordinationem, sic credam, eodem tempore sicut narratur
 contigisse, factam fuisse.

In eodem Capitulo hujus anni 1456, Committis Data est Visitatoribus
 et Prioribus Antuerpiis quatenus evocare valeant personas
 compositas de domibus Provincie sine Priorum et Conventuum suorum
 contradictione cum pactamen, Vocandum ad honorem Dei et
 Ordinis in nova plantatione prope inscliptum oppidum Brussellense
 Collocandas.

Item anno predicto mense Augusti decessit Dni Legislatores ultra

praedictam summam quingentorum Renensium ad opus emptionis utensilium pro
fratribus proxime venturis centum ^{Florensis} Renensium et tractatum est de Priore Casella
G. Henrico Loen in Rectorem novae domus instituendo. Quare ad instantiam ipsius
alii Priores Commissarii certum nuntium direxerunt ad Cartusiam cum litteris.

Visio
Cujusdam
Matronae

Quaedam devota Matrona Bruxellensis Margarita Vuyten berghe,
uxor Wilhelmi Mesmakers, in visione nocturna videbat ipsos fratres
Cartusios cum eorum habitu venire ad dictam novam plantationem,
et ut fertur, dictum est ei quod iidem fratres consolarentur eam in
suis necessitatibus et infirmitatibus quas crebro proterebatur. Cum
postea Rector sive Procurator hujus Domus venisset ad eam visitandum
retulit eis quod per omnia ejusdem habitus erant fratres qui eidem
in visione apparuissent. Unde miram et valde magnam ^{capit} devotionem
ad hanc plantationem, in qua cellam constructam fecit, et propter alia
beneficia in esculentis et proculentis Mater Domus dicta sit.

Ludovicus
postea Rex
Galliae hujus
nominis XI
profugus apud
Principem
Belgarum

Ludovicus Galliae Belgicus Patri Carolo VII Galliae Regi infensus
ad Philippum Principem confugit, et annos quatuor apud Belgas
humanissime est habitus. At magno nostro malo et damno quod postea
sensimus, non sine praesagio ipsius Regis qui (ut fertur) dixit Philippum
recepisse vulpem quae postea gallinas ipsius devoraret.

Ad hanc igitur, Electus Leodienis quoniam susceptor suus ille erat
proculandi, ergo Bruxellas cum splendidissimo comitatu adolevit,
ubi aliquandiu versatus, Leodium tandem reversus est.

Prima missa
quae fuit de
Spiritu Sancto
in vigilia Nativitatis
13 Martii qui dies
est natus Stephanus
Episcopus Sienensis

In ipsa ^{vigilia} Nativitatis gloriosa Virginis Mariae, congregatis Patribus et fratribus
inceperunt secundum modum Ordinis a missa de Spiritu Sancto (quam
cantavit Prior Antuerpiae G. Arnoldus de Helmont cujus Diaconus
fuit G. Arnoldus Harman) divinum officium